# DE GRAECORUM SACRIFICULIS
## QUI ΙΕΡΟΠΟΙΟΙ DICUNTUR.

AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

AB AMPLISSIMO

PHILOSOPHORUM ORDINE

ACADEMIAE WILHELMAE ARGENTINENSIS

RITE IMPETRANDOS

SCRIPSIT

GUILELMUS DOERMER

SARAEPONTANUS.



ARGENTORATI

APUD CAROLUM I. TRUEBNER.

MDCCCLXXXIII.

Aulae Vimariensis officina typographica.

Apud omnes Graecorum gentes inde ab eo tempore quo civitatibus constitutis legibusque temperatis utuntur ad cultum deorum curandum praeter ipsos sacerdotes magistratus quoque publice instituti inveniuntur. Cum enim arte inter se cohaererent Graecorum res sacrae et publicae, sacerdotes certis deis sacra in singulis templis faciebant ex more certo et a maioribus tradito, magistratuum erat non solum publica sacra diesque festos iussu civitatis administrare, sed omnes eas res divinas procurare quae ut rite perpetrarentur rei publicae intererat. Itaque iam antiquissimis temporibus reges ipsos pro universa civitate sacrificare videmus — id quod significat Aristoteles polit. III 9, 7: *Κύριοι δ' ἦσαν* (sc. *οἱ βασιλεῖς*) *τῆς τε κατὰ πόλεμον ἡγεμονίας καὶ τῶν θυσιῶν, ὅσαι μὴ ἱερατικαί· πρὸς τούτοις τὰς δίκας ἔκρινον.* Neque secus insequentibus temporibus summi rei publicae magistratus deorum cultui operam navant, de qua re idem Aristoteles polit. IV 5, 11: *Ἐχομένη δὲ ταύτης* (sc. *τῆς ἐπιμελείας*) *ἡ πρὸς τὰς θυσίας ἀφωρισμένη τὰς κοινὰς πάσας, ὅσας μὴ τοῖς ἱερεῦσιν ἀποδίδωσιν ὁ νόμος, ἀλλ' ἀπὸ τῆς κοινῆς ἑστίας ἔχουσι τὴν τιμήν· καλοῦσι δ' οἱ μὲν ἄρχοντας τούτους, οἱ δὲ βασιλεῖς, οἱ δὲ πρυτάνεις.*

Postea vero quam magis magisque amplitudine et magnificentia auctae sunt Graecorum res sacrae ita ut ordinarii magistratus summi non sufficerent, certi ad id ipsum instituti sunt magistratus qui omnia quaecunque ad cultum publicum pertinerent administrarent. Hoc quoque idem Aristoteles exponit ibid.: *Ἄλλο δ' εἶδος ἐπιμελείας ἡ περὶ τοὺς θεούς οἷον ἱερεῖς τε καὶ ἐπιμεληταὶ τῶν περὶ τὰ ἱερὰ τοῦ σώζεσθαί τε τὰ ὑπάρχοντα καὶ ἀνορθοῦσθαι τὰ πίπτοντα τῶν οἰκοδομημάτων καὶ τῶν ἄλλων ὅσα τέτακται πρὸς τοὺς θεούς.*

*Συμβαίνει δὲ τὴν ἐπιμέλειαν ταύτην ἐνιαχοῦ μὲν εἶναι μίαν, οἷον ἐν ταῖς μικραῖς πόλεσιν, ἐνιαχοῦ δὲ πολλὰς καὶ κεχωρισμένας τῆς ἱερωσύνης, οἷον ἱεροποιοὺς καὶ ναοφύλακας καὶ ταμίας τῶν ἱερῶν χρημάτων.*

Eiusmodi magistratuum in inscriptionibus Graecis, uberrimo antiquitatum rerum divinarum fonte, cum permultae notiones afferuntur, tum saepissime inveniuntur quos primo loco Aristoteles enumerat *ἱεροποιοί*. De quibus quaecunque et in titulis et apud scriptores leguntur colligere et disponere, disposita explicare mihi proposui, ut, quaenam qualiaque fuerint eorum apud Graecos munera, accuratius cognoscatur.

Atque de *ἱεροποιοῖς* nonnulla iam composuerunt viri docti hi:

K. Fr. Hermann, antiquit. Gr. I § 150; II § 11 adn. 10. 12. sqq.

A. Boeckh, oec. publ. Athen. I p. 302d al.

A. Mommsen, Heortologie p. 242. 314. 453 etc.

Gilbert, antiquit. Gr. publ. I p. 249 n. 1.

Ussing, inscr. Gr. ined. p. 47—48.

Rangabé, antiq. hell. ad tit. n. 814.

Jebb, Journal of hellenic studies 1880 vol. I p. 30 sqq.

Homolle, Bulletin de correspondance hellénique VI p. 57 sqq.

Attigerunt etiam alii viri docti, si qui inscriptiones in quibus *ἱεροποιοί* memorantur tractaverunt. Hi tamen omnes ex paucis tantum locis iudicium fecerunt, non paucas inscriptiones recentiore tempore inventas ignorabant: rem omnem testimoniis in unum congestis explicare nemo conatus est.

Ita vero disquisitionem instituere consilio optime convenit, ut in parte priore de sacrificulorum munere in universum, in altera de singulis eorum officis verba faciam.

---

Priusquam autem rem ipsam aggrediar, Rudolfo Schoellio, praeceptori carissimo, me hoc in opusculo conficiendo multum debere quin grato animo profitear praetermittere non possum.

Pars I.

# DE SACRIFICULORUM MUNERE IN UNIVERSUM.

## Cap. I.

## DE SACRIFICULORUM APUD GRAECOS GENERIBUS.

### § 1.

### Sacrificuli Attici.

Significationem vocis *ἱεροποιός* satis late patere apparet ex iis quae Strabo VIII 7, 1 de quattuor tribubus Ionicis ab Ione Xuthi vel potius Apollinis et Creusae filio constitutis narrat: illum cum rebus contra Thraces fortiter gestis de Atticae incolis praeclare meritus esset, ab iis res publicas in ordinem redigere iussum quattuor ex ratione vivendi partes multitudinis Atheniensium fecisse: *γεωργούς, δημιουργούς, ἱεροποιούς, φύλακας*: — *Ἴων δὲ τοὺς μετ᾽ Εὐμόλπου νικήσας Θρᾷκας οὕτω ηὐδοκίμησεν, ὥστ᾽ ἐπέτρεψαν αὐτῷ τὴν πολιτείαν οἱ Ἀθηναῖοι. ὁ δὲ πρῶτον μὲν εἰς τέτταρας φυλὰς διεῖλε τὸ πλῆθος, εἶτα εἰς τέτταρας βίους· τοὺς μὲν γὰρ γεωργοὺς ἀπέδειξε, τοὺς δὲ δημιουργούς, τοὺς δὲ ἱεροποιούς, τετάρτους δὲ φύλακας· τοιαῦτα δὲ πλείω διατάξας τὴν χώραν ἐπώνυμον ἑαυτοῦ κατέλιπεν.*

Qua in narratione tantum abest ut *ἱεροποιοί* certum sacerdotum ordinem significent, qualis apud nullam unquam Graecorum gentem fuit (cf. Isocr. ad Nicocl. § 5: *ἱερωσύνην παντὸς ἀνδρὸς εἶναι νομίζουσιν*), ut omnes eos qui et publice et privatim religiones colere soleant fabellae auctor hoc nomine notari sine dubio voluerit.

Ceterum quattuor illa nomina apud solum Strabonem memorantur: quae tribuum nominibus vere Atticis *Ὅπλητες, Ἀργαδεῖς, Αἰγικορεῖς, Γελέοντες* ab auctore eius male substituuntur.

Iis vero temporibus quae ad historiam ipsam spectant sacrificulorum discernenda sunt haec genera:

A) **publici sacrificuli.**

**1.** collegium sacrificulorum decem populi Atheniensium commemoratur in lexicis s. v. ἱεροποιοί: Phot.; Lex. Seguer. (in Bekkeri anecd.) p. 265; Etymol. M. p. 469: κληρωτοὶ ἄρχοντές εἰσι δέκα τὸν ἀριθμόν, οἳ τά τε μαντεύματα ἱεροθυτοῦσι, κἄν τι καλλιερῆσαι δέῃ, καλλιεροῦσι μετὰ τῶν μάντεων, καὶ θυσίας τὰς νομιζομένας ἐπιτελοῦσι, καὶ τὰς πενταετηρίδας ἁπάσας διοικοῦσι πλὴν Παναθηναίων; fontem addit Etymol. M.: ταῦτα δὲ Ἀριστοτέλης ἱστορεῖ ἐν τῇ Ἀθηναίων πολιτείᾳ. Pollux VIII 107: ἱεροποιοί· δέκα ὄντες οὗτοι ἔθυον θυσίας τὰς πεντετηρίδας τὴν εἰς Δῆλον, τὴν ἐν Βραυρῶνι, τὴν τῶν Ἡρακλείων (Ἡρακλειδῶν codd., corr. Iungermann.), τὴν Ἐλευσῖνι.

In titulis appellantur ἱεροποιοὶ κατ' ἐνιαυτόν: C. I. A. I. 188 = Boeckh, oec. publ. Athen. II tit. I = Rose, inscr. vet. tab. XIX p. 123 sqq. vs. 5 — 7 (Olymp. 93,2 = a. Chr. n. 407/6). — Boeckh, oec. publ. Athen. II tit. VIII = Ἐφημ. ἀρχ. 3266 vs. 35 (Olymp. 111,4 = 33 3/2 a. Chr. n.). Ceteri tituli in quibus solo nomine ἱεροποιοί appellantur sunt

1. C. I. A. I 9 = C. I. G. 73b (Cimonia fere aetate conscriptus).

2. C. I. A. II 163 = Le Bas, Attique n. 401 = Ἐφημ. 1064 = Rangabé, ant. hell. II 814 = Ussing, inscr. Gr. ined. n. 54 = Michaëlis, Parthenon p. 332 (scr. Lycurgi tempore).

3. Boeckh, oec. publ. Athen. II tit. VIIIb = Rangabé, II 842 (eodem tempore).

4. Ἐφημ. 3451 (eod. temp.).

5. Rangabé, II 1059 (Olymp. 109,1 = 34 4/3 a. Chr. n.).

Ad eosdem spectat Dem. Phil. I § 26; [Dem.] c. Theocr. § 29; Athen. IV 14 p. 137 f. — Qui cum in universum civitatis in rebus sacris mandata exequantur,

**2.** diversi sunt singulorum templorum vel singulorum deorum publici sacrificuli.

C. I. A. I 32 A = Rangabé, ant. hell. I n. 118 = Boeckh, oec. publ. Athen. II tit. III A (a. Olymp. 86,2 = a. Chr.

n. 43 5/4 [1])) vs. 18 sqq.: *παρὰ δὲ τῶν νῦν ταμιῶν καὶ τῶν ἐπιστατῶν καὶ τῶν ἱεροποιῶν τῶν ἐν τοῖς ἱεροῖς, οἳ νῦν διαχειρίζου[σι]ν, ἀπαριθμησάσθων καὶ ἀποστησάσθων τὰ χρήματα κ. τ. λ.*

Quo referendi sunt

a) sacrificuli Eumenidum qui vocantur *ἱεροποιοὶ τῶν Σεμνῶν Θεῶν.* De quibus nihil ex titulis novimus: innotuerunt ex duobus locis Dem. c. Mid. § 115: *εἴασε δ' ἀρχιθεωροῦντα ἀγαγεῖν τῷ Διῒ τῷ Νεμείῳ τὴν κοινὴν ὑπὲρ τῆς πόλεως θεωρίαν, περιεῖδε δὲ ταῖς Σεμναῖς Θεαῖς ἱεροποιὸν αἱρεθέντ' ἐξ Ἀθηναίων ἁπάντων τρίτον αὐτὸν καὶ καταρξάμενον τῶν ἱερῶν* (quae verba non satis accurate sunt exscripta in Etymol. M.), et ex Dinarchi oratione in Lycurgi rationes habita (Etym. M. l. c.): *καὶ τὰς Σεμνὰς Θεὰς αἷς ἐκεῖνος ἱεροποιὸς καταστὰς δέκατος αὐτός* (cf. Photius s. v. *ἱεροποιοί*).

b) sacrificuli Eleusinii quorum duo extant collegia inter se diversa:

*α*) *ἱεροποιοὶ οἱ Ἐλευσινόθεν*: Bull. de corresp. hell. IV p. 226 sqq. = *Ἀθήναιον* VIII p. 405 sqq. (c. 445—435 a. Chr. n.), sive *ἱεροποιοὶ Ἐλευσινίων*: C. I. A. I 5 = Lenormant, recherch. archéol. à Eleusis n. 25 p. 70 sqq. = *Ἐφημ.* 3798 = Mommsen, Heortol. p. 257 (tit. Periclis tempore conscriptus); iidem solo nomine *ἱεροποιοί* afferuntur C. I. A. I 1 (IV 1) = Rose, inscr. vet. tab. XXX p. 242 sqq. = Le Bas, Attique n. 391.

*β*) *ἱεροποιοὶ οἱ τὰ μυστήρια ἱεροποιοῦντες*: Bull. V. p. 361 sqq. = Gollob, stud. Vindob. 1881 (III) p. 209 sqq. (a. Chr. n. 34 1/0).

**3.** sacrificuli extraordinarii: *Ἀθήναιον* VI p. 482 n. 3 vs. 3: *οἱ ἱεροποι]οὶ οἱ αἱρε[θ]έντε[ς ὑπὸ τῆς βουλῆς τῶν ἱερῶν ὧν ἐ]θυον τῷ Διονύσῳ και [τοῖς ἄλλοις θεοῖς οἷς προσ]ῆκε θύειν ὑπὲρ τῆς βουλῆς κα[ὶ τοῦ δήμου τοῦ Ἀθηναί]ων* (saec. a. Chr. n. III).

---

[1]) Cf. Kirchhoff, Die Schatzmeister der andern Götter, in Comment. acad. Berol. cl. histor.-phil. 1864 p. 8 sqq.; idem, Zur Gesch. des athen. Staatsschatzes im 5. Jahrh., in Comment. acad. Berol. cl. histor.-phil. 1876 p. 21 sqq.

Alii extraordinarii intellegendi sunt C. I. A. II 329 in decreto altero (Eubulo archonte facto, cf. Koehleri adn.) vs. 14: *καὶ ταμίας αἱρεθεὶς ὑπὸ τῆς βουλῆς εἴς τε τὰς θυσίας τοῖς . . . . . . . . . . . σιν μεμέρικεν τοῖς ἱεροποιοῖς.*

### B) Privati sacrificuli pagorum et collegiorum sacrorum.

**1.** sacrificuli tetrapolis Atticae: Mittheil. des deutschen archäol. Instit. III p. 261 (c. 360 a. Chr. n.); Lenormant, rech. arch. à Eleusis p. 280 (cf. huius commentationis part. II § 1).

**2.** sacrificuli pagorum:

a) pagi Aexonae sacrificuli: C. I. A. II. 581 = C. I. G. 214 = Le Bas, Attique 425 = Ἐφημ. 3545 (a. Chr. n. 3 $^{20}/_{19}$); Mitth. d. arch. Inst. IV 201.

b) pagi Scambonidarum sacrificulos significari in decreto de sacris pagi rite instituendis C. I. A. I 2 (IV 2) = Le Bas, Attique 422 = Rose, inscr. vet tab. XXXI p. 249 recte Kirchhoffius statuit. Quam rem uberius persequar ubi de sacrificiis pagorum disputabo.

**3.** Frequens est sacrificulorum mentio in decretis collegiorum:

a) orgeonum: C. I. A. II 610 = Ἀθήναιον I p. 14 = Foucart, associat. relig. chez les Grecs p. 189 n. 2 (altera saec. IV parte).

b) thiasotarum: C. I. A. II 611 = Archäol. Anz. 1865 p. 109 = Foucart, ass. rel. p. 212 n. 30 = Lueders, die dionys. Künstler p. 157 n. 22 (a. $^{300}/_{299}$ a. Chr. n.).

c) thiasotarum Veneris: Bull. III p. 510 sqq. = Ἀθήναιον VIII p. 296 sqq. cf. Jahrb. für Philol. 1880 t. 121 p. 425 (a. Chr. n. 301 et 300).

d) eranistarum C. I. A. II 615 = Rangabé II 810 = Ἐφημ. 1408 = Le Bas, Attique 385 = Foucart, ass. rel. p. 215 n. 32 = Lueders, die dionys. Künstler p. 151 n. 2.

C. I. A. II 616 = Wescher, Revue arch. N. S. XI (1865) p. 497 sqq. = Foucart, ass. rel. p. 210 n. 27 = Lueders

p. 152 n. 7 (Keil, sched. epigr. p. 39—40) (c. med. saec. III. a. Chr. n.).

e) Sarapiastarum: C. I. A. II 617 = Hicks, inscr. Gr. mus. Brit. I n. XXI = Le Bas 381 = Foucart p. 207 n. 24 = Lueders p. 159 n. 26 (c. a. 250 a. Chr. n.).

Incertior res est in duobus titulis a Rossio publicatis, de quibus paulo copiosius agendum est.

1. Donarii basis in Piraeo inventa (saec. III. a. Chr.): Ross, de demis Att. n. 21 p. 53 = Rangabé II 1060:

*Ἱε]ροποιοὶ οἱ ἐπὶ Φιλιππίδου Ἀρτέμ[ιδι*
*Πολύευκτος Ἀχαρ(νεύς). Βόηθος Ἀγκυ[λῆθεν —*
*Χαβρίας ἰσοτε(λής).*
*Παιδέας Σολεύς.*

Ubi ad *ἐπὶ Φιλιππίδου* non *ἄρχοντος* sed *ἱερέως* supplendum ducunt Wescherus (Rev. arch. a. 1865 p. 352 sq.) et Kirchhoffius (Herm. II p. 172) ex inscriptione aequali fere nuper in Piraeo et ipsa reperta quae locationis instrumentum societatis cuiusdam Cytheriorum (i. e. ex Cythero pago Attico) continet factum *ἐπὶ Φιλιππίδου ἱερέως;* eumque Dianae Munichiae sacerdotem intellegit Kirchhoffius: cui deae publica fuisse sacra res est satis nota (cf. Mommsen, Heortol. p. 403 sq.).

Verum Cytheriorum titulum non ad Dianae, sed ad herois nescio cuius fanum pertinere iam constat vera lectione vs. 25 *ἀναγράψαι [δὲ τάσ]δε τὰς συνθήκας Εὐκράτην ἐν στήλει λιθίνει καὶ στῆσαι παρὰ τὸν ἥρω* (ubi *ἐν τῷ ἱερῷ* coniecerat Kirchh.) a R. Schoenio Gr. Reliefs n. 115 prolata, a Lollingio confirmata (Deutche Lit.-Zeit. 1882 n. 3 cf. *ἱερεὺς ἥρω ἀρχηγέτου κ. τ. λ.* in inscr. Rhamnusia Mitth. d. arch. Instit. IV 281.).

In donarii inscriptione autem quominus publicos Dianae sacrificulos intellegamus, praeter ipsum numerum (cf. cap. seq.) impedit quod metoeci duo in sacrificulorum numero recensentur *Χαβρίας ἰσοτελής* et *Παιδέας Σολεύς*: quibus publicum magistratum patuisse credibile non est. Itaque privati collegii, qualia multa in Piraeo erant, *ἱεροποιούς* agnosco Dianae tutelari deae donarium offerentes.

2. Columna prope Parthenonem eruta: Ross, de demis Att. n. 12 p. 40 = Rangabé II 1245 = Ἐφημ. I n. 175:

Ἐπὶ Καλ[λ . . . .]ου[1]) ἄρχοντος οἵδε
ἱεροποίησ[α]ν τὰ Ἀθήναια·
Ἐξάκεστο[ς] Λακιάδης.
Εὔανδρος [Σ]ουνιεύς.
Τιμόθεος [Ἁ]γνούσιος.
Ἐπικράτη[ς Σο]υνιεύς.
Τηλεφάν[ης Ἀλ]ωπεκῆθεν.
Μείδων Χο[λαρ]γεύς.
Ἅβρων Βα[τῆθ]εν.
Ἡρακλείδ[ης Μυῤ]ῥινούσιος.
Θεόφραστ[ος Ἁγ]νούσιος.
Ἱέρων Διο[μεύς].
Εὔνομος Κ . . . . . ινος.
Ἀρισ]τομέν[ης . . . ]ρνασσεύς.
. . . . ος Ἀ . . . . . . ος
. . . . . ος . . . . . νος.

Verbum ἱεροποίησ[α]ν de ipsis publicis sacrificulis dictum esse senserunt praeter ipsum Rossium Mommsenius, Heortol. p. 314 adn. 1; p. 453 al. et Boeckhius, oec. publ. Athen. I p. 303. Quorum sententiam facere non possum quin reiciam. Ubicunque enim de eo munere verba fiunt ipsa muneris notio ἱεροποιοί addita est: Bull. V p. 361 τοὺς ἱεροποιοὺς τοὺς τὰ μυστήρια ἱεροποιήσαντας (cf. C. I. A. II 163: τοὺς δὲ ἱεροποιοὺς τοὺς διοι[κοῦντας τ]ὰ Παναθήναια), titt. Delii: λόγος ἱεροποιῶν τῶν ἱεροποιησάντων.

Solum ἱεροποιεῖν verbum ubi usurpatur non habet nisi universam sacra faciendi vel rerum divinarum curandarum significationem neque ad certum munus respicit. Hoc apparet ex C. I. A. II 607 ubi collegium τῶν συλλογέων τοῦ δήμου — de quo nuper docte disputavit U. Köhlerus, Mitth. des arch. Instit. VII p. 105 — honoribus ornat ex collegis duobus alterum quia [καλῶς καὶ δικαίως καὶ προθύμως ἐπεμελ]ήθη

1) Καλ[λιμάχ]ου (ol. 107,4 = 34$^{7}/_{8}$) vel Καλ[λιάρχ]ου (ol. 119,4 = 30$^{1}/_{2}$) supplendum videtur Rossio. Verum archon a. ol. 119,4 non Καλλίαρχος sed Κλέαρχος audit: cf. C. I. A II 611; Bull. de corr. hell. III p. 513.

πάντων ὧν αὐ[τῷ] ἐπέταττον οἱ συνάρχοντες καὶ ἱ]εροποίησεν τῇ Ἀθ[ηνᾷ], alterum, quia [ἱεροποίησεν τῷ Διῒ] τῷ Ὀλυμπίῳ. Neque aliter haec vox est intellegenda apud Platon. Lys. 207 D: μεταξὺ οὖν τις προσελθὼν ἀνέστησε τὸν Μενέξενον, φάσκων καλεῖν τὸν παιδοτρίβην· ἐδόκει γάρ μοι ἱεροποιῶν τυγχάνειν, ubi improbabiliter C. Fr. Hermannus, ant. rel. § 11, 13 privatos sodaliciorum sacrificulos statuendos existimavit. Agitur de Hermaeis in palaestra celebratis. Praeterea de prytanibus dictum est et Antiph. de choreut. § 45: καὶ εἰς τἄλλα πάντα ἱερὰ εἰσιὼν μετὰ τῆς βουλῆς καὶ θύων καὶ εὐχόμενος ὑπὲρ τῆς πόλεως ταύτης καὶ πρὸς τούτοις πρυτανεύσας — καὶ ἱεροποιῶν καὶ θύων ὑπὲρ τῆς δημοκρατίας, et Dem. c. Mid. § 114: εἴασε μέν με εἰσιτήρια ὑπὲρ τῆς βουλῆς ἱεροποιῆσαι καὶ θῦσαι καὶ κατάρξασθαι τῶν ἱερῶν ὑπὲρ ὑμῶν καὶ ὅλης τῆς πόλεως.

Accedit quod τὰ Ἀθήναια non possunt intellegi Panathenaea, id quod Rangabé putavit, quibus sacris nomen illud non ante imperatorum Romanorum aetatem adhibitum esse constet (Athen. XIII 12 p. 561 c; Paus. VIII, 2 1; cf. Boeckh. ad C. I. G. I n. 245). De Chalceis cogitavit Mommsenius in honorem Vulcani et Minervae Erganae quotannis celebratis: de quibus Suidas: Χαλκεῖα· ἑορτὴ Ἀθήνησιν, ἅ τινες Ἀθήναια καλοῦσιν· οἱ δὲ Πάνδημον διὰ τὸ ὑπὸ πάντων ἄγεσθαι. Addit idem huius festi sollemnia, cum primitus ab universo populo acta essent, paullatim ita deminuta esse ut postea a solis fabris celebrarentur (ἑορτὴ ἀρχαία καὶ δημώδης πάλαι, ὕστερον δὲ ὑπὸ μόνων ἤγετο τῶν τεχνιτῶν κ. τ. λ.). Atqui fabris solis sacrificulos publicos sacra fecisse aegre crediderim. Neque enim assentiri possum Mommsenio satis audacter contendenti die proximo ante Chalceorum diem festum proprium ab omnibus Atheniensibus semper celebrato sacrificulos Vulcano et Minervae res divinas obtulisse.

Denique decem sunt civitatis sacrificuli, quattuordecim nomina in titulo Rossiano habes. Quorum quattuor ultima[1])

[1]) Κ[υκαλ]ῖνος demoticum a Κύκαλα derivatum quod vs. 13 Rossius supplevit nusquam extat; requireretur formam Κυκαλεύς. Nec v. 15 recte proposuit idem Ἀ[ραφήνι]ος.

Rossium et Mommsenium non fugit ad metoecos referenda esse: quos ad hoc munus publicum suscipiendum esse admissos a probabilitate abhorret. Nam titulum Rossianum n. 21 ad prorsus diversos *ἱεροποιούς* spectare modo vidimus. Quodsi Mommsenio concedis quattuor illos peregrinos non esse nisi adiutores decem sacrificulorum (Heortol. p. 314 adn.), utique offendimus in eo, quod decemviri Athenienses non ex singulis tribubus singuli sunt creati; nam bini ex Leontide et Aegeide tribubus, tres ex Acamantide, singuli ex Oeneide, Antiochide, Pandionide petiti sunt (cf. cap. III).

His omnibus perpensis eo ducimur ut neque publicos *ἱεροποιούς* neque omnino certos *ἱεροποιούς* agnoscamus, sed collegium aliquod Minervae certa sacra facientium ex civibus et peregrinis mixtum. Quamquam confitendum est quod utroque titulo Rossiano statuimus exhiberi cives una cum metoecis in certas societates contributos, id exemplo prorsus idoneo carere [1]).

§ 2.

## Sacrificuli aliarum civitatem.

Praeter Atticam civitates quae sacrificulorum munere usae sint ex inscriptionibus innotuerunt hae:

**1.** Maris Aegaei insulae:

a) Euboea: Rangabé, ant. hell. II 957, ubi vs. 7 nomen *ἱεροποιοί* mutatum est in *ἱεροπωοί* (ante saec. IV.). — De tit. *Ἐφημ.* IV 1628 vs. 5 sqq.: *ἱεροποιήσαντες ἀνέθεσαν [τ]ὴν κρήνην Ἀσκληπιῷ κ. τ. λ.* cf. quae p. 10 sq. de verbi *ἱεροποιεῖν* significatione disputavi.

b) Delus: C. I. G. 2266—2269. 2953 b (quem titulum cum Corsinius, notae Gr. dissert. VI p. 126 sqq. Smyrnae tribuat, Boeckhius Epheso, Delium esse Homollius, Bull. II p. 333 sqq. ita ostendit ut vix dubitationi locus sit); Bull. I p. 279 sq. (I—III); II p. 340—343, 570 sqq.; III p. 113; IV p. 349, 473 sq.; V p. 25 sqq., 465; VI p. 6—54, 135. Eodem spectat ex Homollii probabili sane sententia (ibid. p. 341 sqq.) Le Bas-Waddington II part. IV (insul.) n. 2092, quem

[1]) Ceterum cf. C. Schaefer, Jahrb. f. Phil. 1880 p. 418.

Le Bas Paro insulae adscripsit. Omnes hi tituli saec. a. Chr. n. III. et II. compositi sunt, i. e. liberae Deli tempore, cuius libertatis finis erat annus 166 (cf. Homolle, Bull. II p. 582; VI p. 1; Jebb, Journ. of hell. stud. 1880 I p. 32).

c) Myconus: Le Bas-Waddington II (insul.) 2057 (B), 2058 = Ἀθήν. II p. 237 (ca. I. a. Chr. saec.).

d) Ius: Ross, inscr. Gr. ined. n. 94 = Rangabé II 752; cf. Keil, sylloge inscr. Boeot. p. 33.

e) Chius: C. I. G. II add. 2221 b (scr. Romani imperii tempore).

f) Rhodus: Ross, inscr. Gr. ined. n. 276. Camirus: Bull. V p. 336 sqq.; Newton, transact. of the royal soc. of lit. XI p. 435 sqq. Lindus: Foucart, inscr. ined. ins. Rhod. n. 60 = Rev. arch. XV p. 207; Foucart, ibid. n. 61 = Rev. arch. XV p. 219.

In Amorgi insulae tit. C. I. G. II add. 2264 l extr. non recte Boeckhius *ἱεροποιούς* agnovit *ἐπιμεληθῆναι δὲ τῆς ἀναγραφῆς τοὺς πρυτάνεις τοὺς περὶ Ἀ . . . . ον . ε . . . . . . . . ανημ . . . . . [ἀναστ]ῆσαι τοὺς [ἱερο]ποι[ούς*: ubi vocis [*ν*]*ε*[*ω*]*ποι*[*ούς* vel rectius [*ν*]*ε*[*ω*]*ποί*[*ας* vestigia certa servantur *ΤΟΥΣΜΕΘΗΟΙ* . . (cf. Ross, act. societ. Gr. Lips. II p. 75 sqq.). Idemque confirmatur aliis eiusdem insulae titulis; cf. Mitth. I p. 335 vs. 23 sqq.: *ἀναγράψαι δὲ αὐτοῦ τὴν προξενίαν τοὺς νεωποίας τοὺς περὶ Φανὸν εἰς τὸ ἱερὸν τοῦ Ἀπόλλωνος τοῦ Δηλίου καὶ τὸ δαπάνημα δοῦναι ἀπὸ τῶν προσόδων*. ibid. p. 342 vs. 13 sqq.: *ἀναγράψαι δὲ τόδε τ[ὸ ψή]φισμα πρὸ τῶν θυ[ρῶν], ἐπιμεληθῆ[ναι] δὲ τοὺς νεωποίας*.

In Lesbiaco titulo C. I. G. II 2166 incertissimum est Boeckhii supplementum vs. 37 [*τ*]*ο*[*ὶ*]*ς δ*[*ὲ ἰρῆας* [*τε καὶ ἰροποίοις πάντας καὶ*] *ταὶς ἰρείαις* [*τα*]*ὶς ἐν τοῖς ναύοις* [*παίσαις πρὸς τὰν εὐχὰν συνέλ*]*θην*.

Magis etiam improbandum est quod in titulo Cretico Rangabé II 2478 vs. 6 vocem [*ἱε*]*ρο*[*πο*]*ιῶ* posuit, cui opinioni ne litterae quidem ullo modo conveniunt (cf. Vischer. kl. Schr. II p. 106).

2. Ionia et coloniae Ionicae:

a) Teus: LeBas-Wadd. Asie min. n. 88 (saec. II. a. Chr.).

b) Erythrae: *Μουσεῖον καὶ βιβλ. τῆς εὐαγγ. σχολῆς ἐν Σμύρνῃ* a. 1875 n. 108 p. 103 = Rev. arch. N. S. 1877 p. 107 sqq.; idem *Μουσ.* 1875 p. 128 *μσ'*; 1878 p. 54 n. 126, p. 63 n. 148; 1880 p. 122 n. 156 = Bull. de corr. hell. III p. 388 sqq. (saec. III); Le Bas-Wadd. Asie min. n. 1536 (cf. Hamilton, Asia min. II n. 226), 1541 cf. Barth. Mus. Rhen. 1850 p. 26 (saec. II); Foucart. inscr. ined. ins. Rhodi p. 19 sqq. n. 5 (saec. III); Gurlitt, arch. epigr. Mitth. aus Oesterreich I p. 111: *ἐπὶ [ἱερο]ποιοῦ* (*[νεω]ποιοῦ* editor male).

c) Cyzicus: C. I. G. II 2157; Conze, Hauser, Niemann, Explor. Samothrac. I p. 43. Ibi feminae hoc munus gerunt: C. I. G. II 3657, quae vocantur *ἱεροποιοὶ θαλάσσιαι*; cuius generis sacrificulorum nulla alibi fit mentio. (cf. Marquardt Cyzicus p. 100 sqq.)

d) Cius: C. I. G. II 3723.

e) Odessus: C. I. G. II 2056 = LeBas-Wadd. II (Béotie, Phocide etc.) n. 1569 (saec. II).

Cyzicum Cium Odessum colonias Milesias ex urbe Mileto ipsa hoc munus repetisse facile colligimus.

f) Naucratis in Aegypto: Athen. IV p. 149 d ex Hermiae *περὶ τοῦ Γρυνείου Ἀπόλλωνος* libro II.

Praeterea in Aegypti urbium nonnullis titulis qui sub Romanorum imperio prioribus p. Chr. n. saeculis exarati sunt *ἱεροποιοί* commemorantur.

*α)* Alexandria: C. I. G. III 4683 = Letronne, rech. p. serv. à l'hist. de l'Egypte p. 473 sqq. (saec. p. Chr. n. II).

*β)* Lycopolis: C. I. G. III 4707.

*γ)* *προσκύνημα ἱεροποιοῦ Πτολεμαιέων* C. I. G. III 5012 (saec. III p. Chr.): cives urbis Ptolemaidis (de ethnici forma cf. Steph. Byz. s. v. *Πτολεμαΐς*) Graecis institutis usos esse notum est (cf. Boeckhium ad C. I. G. III 4989).

Contra Ithacensis lapis vetustissimus nuper post Comparettium editus a Roehlio, inscr. Gr. ant. 336 in censum non venit: ubi quod editores restituunt *[Τᾶς?] Ἀθάνας τᾶς Ρ[έας] κα[ὶ τᾶ]ς Ἥρας τὰ [ἔ]τεια· τοὶ [ἱ]εροπο[ο]ί με*

ἐ[πό]ησ[αν — —: ultima neque ex litterarum vestigiis detritis recte eliciuntur neque sententiam idoneam praebent.

Iam his quae congessimus in rationem vocatis cognoscimus omnes eas civitates quarum ἱεροποιοί memorantur ad Ionicam gentem pertinere excepta insula Rhodo. Nam quod in illis Aegypti urbibus quarum instituta ex imitatione Graecorum Asiae minoris effecta erant sacrificuli imperatorum Romanorum tempore inveniuntur, non moramur. Ionicum igitur nomen est magistratus; Ionum autem vicinorum institutum Rhodii quoque receperunt.

---

## Cap. II.

## DE COLLEGIIS SACRIFICULORUM.

Ἱεροποιούς collegia numero inter se diversa effecisse tituli docent. Raro unius tantum ἱεροποιοῦ fit mentio.

1. Amplissimum sacrificulorum collegium de quo constet Camiri est in urbe Rhodi, cuius duodecim nominantur Bull. de corr. hell. V p. 336 sqq., qui simul cum aliis urbis magistratibus et sacerdotibus subscripti sunt donario deis oblato. — In altera magistratuum tabula apud Rossium, inscr. ined. n. 276 sex recensentur eiusdem loci sacrificuli, qui alterum collegium effecisse videntur. Neque a vero abhorrere mihi videtur quod Rossius iudicavit hoc collegium ad Apollinis Erethimii fanum pertinere, quoniam inter eius rudera titulus repertus est. Ex reliquis vero Rhodi titulis certus sacrificulorum numerus erui nequit.

De Lindo tamen si coniecturam periclitari licet, quattuordecim ibi sacrificulos fuisse opinor, quia quattuordecim ex quibus Lindiorum civitas constabat pagi nobis noti sunt, qui nescio an singuli singulos sacrificulos praestiterint. Et undecim quidem pagos habes apud Foucartium, inscr. ins. Rhod. n. 60, de ceteris cf. Foucartium l. c. p. 68. Addas quod idem genus creationis ad ἱεροθύτας eiusdem urbis accommodatum esse veri haud dissimile est: quindecim extant in

titulo apud Rossium, Mus. Rhen. IV p. 161: ex quibus unum *ἀρχιεροθύταν* (cf. ibid. n. 16) separatim esse electum si facis, quattuordecim Lindi *ἱεροθύτας* fuisse ipsos quoque singulis ex pagis singulos creatos efficitur.

2. Decem publicorum sacrificulorum collegium est Athenis. Qui numerus plurimis Atheniensium magistratibus proprius ad decem tribus Atticas spectat, ex quarum singulis singuli sorte capi solebant. Tenebant hunc numerum Athenienses in aliis quoque sacrificulorum collegiis constituendis. Nam et Eleusiniorum qui mysteriorum sacra moderantur (Bull. de corr. hell. V 364) numerus et extraordinariorum Baccho aliisque deis res faciunt divinas (*Ἀθήν.* VI 482 n. 3) denarius est.

Neque vero recte Mommsenius (Heortol. p. 453, 314 adn., 174 adn.) titulo apud Rossium, de demis Att. n. 12 collato cum tit. Rangabé II 794 = C. I. A. II 305 statuit quattuordecim publicos sacrificulos Athenis fuisse. Nam in illo Rossiano titulo de ipsis sacrificulis non agi supra docui p. 10 sq.: in altero autem ne ipsum quidem nomen *ἱεροποιῶν* extat (vs. 9: *ἐπειδὴ ο[ἱ ἱεροποιοί κ. τ. λ.* supplevit editor Graecus; parum accurate Mommsenius p. 453 *ο[ἱ ἱερο]ποιοί*), neque est cur credamus sacra *τῷ [Διὶ τῷ Σωτῆρι καὶ τ]ῇ Ἀθην[ᾷ τῇ Σω]τείρ[ᾳ* (vs. 9) administrasse *ἱεροποιούς*, cum ex inscriptione Boeckhii occ. publ. Athen. II tit. VIII § 2 vs. 10 (ex Boeckhii numeris): *Ἐκ τῆς [θ]υσίας τῷ Διὶ τῷ Σωτῆρι παρὰ βοωνῶν· (χίλιαι πεντήκοντα)* ad *βοώνας* id munus videatur pertinuisse. Denique illo loco non quattuordecim nomina sunt, sed tredecim: videntur duodecim curatores sacrorum ex singulis tribubus singuli electi esse eisque scriba additus.

Praeterea hac in re omittendos puto titulos Rangabé 1246, 1272; *Ἐφημ.* III 884 *(ἱεροπο]ιοί)*, quibus nimis ambigua continentur.

Incerta res est de Eumenidum sacrificulorum numero: decem fuerunt, si quidem Etymol. M. audimus, ubi ex Dinarchi oratione in Lycurgi rationes habita refertur: *καὶ τὰς Σεμνὰς Θεὰς αἷς ἐκεῖνος ἱεροποιὸς καταστὰς δέκατος αὐτός.* Contra Dem. c. Mid. § 115 exhibet: *περιεῖδε δὲ*

*ταῖς Σεμναῖς Θεαῖς ἱεροποιὸν αἱρεθέντα ἐξ Ἀθηναίων ἁπάντων τρίτον αὐτὸν καὶ καταρξάμενον τῶν ἱερῶν.* Cuius numeri scholion ad haec verba adscriptum causam affert infeliciter excogitatam: *τρεῖς δὲ ἴσως ἐπέστησαν ἐπεὶ καὶ τρεῖς δοκοῦσιν εἶναι αἱ θεαί:* omnino Ulpiani qui dicitur ad Demosthenis orationes scholia sublestae fidei esse constat. Atque ex ipsa auctorum discrepantia prodiit adnotatio Photii incertum horum numerum esse affirmantis: *εἰσὶ δὲ καὶ ἄλλοι ἱεροποιοὶ τῶν Σεμνῶν Θεῶν, οἳ τὸν ἀριθμὸν εἰσιν ἀόριστοι.* Certe nihil relinquitur nisi ut Boeckhii sententiam (oec. publ. Athen. I p. 302d) amplectamur, diversum illorum diversis temporibus numerum fuisse.

3. Quattuor sacrificulorum collegium occurrit in pagi Aexonae decreto C. I. A. II 581: *στεφανῶσαι αὐτῶν ἕκαστον θαλλοῦ στεφάνῳ: Ἀντίχαρ[μ]ον Ναύσωνος, Κα[λλί]αρχον (?) Χαιριγένους, Θεόδοτον Αἰσχρωνος, Ἀριστοκλέα (Κ)αλλιφῶντος.* Idem extat numerus in tetrapoli Attica: Mitth. III p. 261: quattuor sunt ex singulis oppidis ut par est singuli: *Μαραθώνιος, Τρικορύσιος, Οἰναῖος, Προβαλίσιος.* Nihil de numero docemur ex alio pagi titulo Mitth. IV 201.

Etiam in titulo Rossiano de demis Att. n. 21, de quo supra p. 9 dixi, licet dextra pars marmoris deficiat, quattuor recenseri videntur sacrificuli, si quidem omnium quae vss. 3 et 4 olim scripta fuerunt nominum vestigia sunt servata. Nam vs. 1 *Ἀρτέμ[ιδι]* rectius quam nomen proprium sacrificuli (velut *Ἀρτεμίδωρος*) explendum Rossius statuit; ibidem addito *ἀνέθηκαν* facile caremus.

Denique quattuor sunt sacrificuli Delii. De quibus cum alia testimonia sunt servata, tum rationes bonorum sacrorum: C. I. G. II 2953 b, Le Bas-Wadd. II 2092, Bull. II p. 570 sqq. VI p. 6 sqq. Tituli ultimo loco enumerati vs. 1: *Λόγος] ἱεροποιῶν τῶν ἱεροποιησάντων τὸν ἐνιαυτὸν τὸν ἐπ' ἄρχοντος Δημάρου, Ἀμφοτέρου τοῦ Ἀριστέου, Πολυξένου τοῦ Παρμενίωνος, Σιληνοῦ τοῦ Σιληνοῦ, Φιλίππου τοῦ Ἀκεσιμβρότου κ. τ. λ.*; iidem sunt vss. 39. 51. 72. 164. — Bull. II p. 570 vs. 11: (sc. *στάμνον*) *ὃν ἔθεσαν ἱεροποιοὶ οἱ ἐπὶ] ἄρχοντος Δημά[κ]ο[υ] Πολύξενος, Ἀμφότερο[ς], Σιληνός,*

*Φίλιππος*· vs. 12: — *ὃν ἔθεσαν ἱεροποιοὶ οἱ ἐπὶ Πολύβου Ἀριστόβουλος, Ἀκριδίων, [Κραταίβιος, Ἀντίγονος ....]*; iidem vss. 15. 25. 67; vs. 16: — *ὃν ἔθεσαν ἱεροποιοὶ οἱ ἐπὶ Οἰνέως Ἄμνος, Ἀγόραλλος, Χαρίλας, Χαρικλ[είδης ......*, iidem vs. 65; vs. 17—18: — *ὃν ἔθεσαν ἱεροποιο[ὶ οἱ ἐπὶ ἄρχοντος Φωκαιέως, Ἀριστόβου]λος, Λύσης, Δημοχάρης, Δημόδοκος*· iidem vss. 38. 63. 71—72.

Quamquam his parum convenit quod aliis locis idem titulus duos profert sacrificulos: vs. 1: *λ]όγος [....... ἱεροποιῶν τῶν ἱεροποιησάντων ἐπὶ] ἄρχοντος Ἀμφικλέους, Ἀναξιθέμιδος τοῦ Πάχητ[ο]ς, Διογένου τοῦ Χ (?) ..... [τάδ]ε παρελ[άβομεν κ. τ. λ.* vs. 19: (sc. *στάμνον*) *ὃν ἔθεσαν ἱεροποιοὶ οἱ ἐπὶ Πολυξένου Θεόδωρος καὶ Τιμόξενος*· vs. 32: — *ὃν ἔθεσαν ἱεροποιοὶ οἱ ἐ[πὶ Παρμενίωνος Γλαύκων καὶ Ἀνδρομένης*· cf. vss. 68. 73. vs. 56: — *ὃν ἔθεσαν ἱεροποιοὶ οἱ ἐπὶ Περιάνδρου Χαρίστιος καὶ Φωκίων*.

In eiusdem lapidis altero latere (cf. Bull. II p. 338): *Τάδε παρ]ελάβομεν ἐν τῷ ναῷ τοῦ Ἀπόλλωνος παρὰ ἱεροποιῶν Λυκομήδου καὶ Ἑρμ[ωνος καὶ] παρεδ[όσαμεν (?) .. ἐπ' ἄρχοντος ..]ους Εὐέλθοντι καὶ Παρμενίωνι κ. τ. λ.*

Bull. VI p. 6 vs. 3: (sc. *τόδε παρελάβομεν*) *παρ' ἱεροποιῶν Συνωνύμου καὶ Κρίττιος*· vs. 73—74: *τὸ δὲ λοιπὸν παρεδώκαμε[ν] τοῖς μεθ' αὐτοὺς ἱεροποιοῖς Δημητρίῳ καὶ Μειλιχίδη(ι)*; cf. 139—140. 238; p. 29 sqq. vs. 2. 216: sescenties in hoc titulo duo afferuntur, qui urnas in templo collocant (*στάμνον ἔθεσαν*).

C. I. G. II 2953 1 vs. 2 quidem omissa sunt nomina (cf. Boeckhii adn.), vs. 4 qui numerus fuerit agnosci nequit: — *ἀργύριον ἐν Ἀρτεμισίῳ παρὰ ἱεροποιῶν [τῶν] ἐ[π'] Α — — — — — —*: at vs. 22: *τοῦτο παρέδομεν ἐν Ἀρτεμισίῳ ἱεροποιοῖς Εὐκλείδ[η — — — παρόντων κ. τ. λ.* plus duobus scriptos fuisse vix autumare licet. Perinde duo leguntur Le Bas-Wadd. II 2092 B vs. 46: *..ΕΠΙΙΕΡΟΠΟΙΟΙ. ΑΡΙΣΤΕΑΙ-ΚΑΙΠΑΚΡΙΤΩΙ κ. τ. λ.*

Itaque in titulis cum multo saepius duo quam quattuor recenseantur sacrificuli, Homollius Bull. VI p. 58 opinatur numerum quaternarium fuisse, binos sacrificulos negotia

perficere solitos esse. Quod quominus credamus obstant tituli Bull. II 570 vss. 1. 19. 32. 56 supra exscripti. Sed refutare hanc opinionem facilius est quam alia ratione rem satis difficilem explicare. Neque aliud quidquam ex titulis erui posse mihi videtur quam Deli modo quattuor modo duos sacrificulos prout civitas decrevisset electos esse.

Ipsius vero numeri quaternarii originem si quis revocandum putat ad quattuor populi partes tales quales olim communes gentium Ionicarum fuerunt (cf. Hermann, ant. publ. Gr. I § 94), non habeo quod opponam in tanta rei obscuritate.

**4.** Duo extant Cyziceni sacrificuli. C. I. G. II 2157 in titulo Samothracio donario quod a Cyzicenorum *ἱεροποιοῖς* iisque qui mysteriis Samothraciis initiati sunt in delubro Samothracae dedicatur subscripta sunt duo *ἱεροποιῶν* nomina, tria *μυστῶν*: *Κυζικηνῶν ἱεροποιοὶ καὶ μυστηρίων εὐσεβεῖς ἐπὶ Ἀντιγένους τοῦ Ἑρμαγόρου ἱππάρχεω, [ὡς δὲ] Σαμοθρᾶκες ἐπὶ βασιλέως Ἀριδήλου [τοῦ] — — ιχος,*

*Παρμενίσκος Ἀρίστεω* [*μύσ*]*ται εὐσεβεῖς*
*Ξένος Φιλοξένου* *Ἀσκληπιάδης Ἀ*[*ττ*]*άλου*
*Θερσίων Ἡρογείτ*[*ονο*]*ς (?)*
*Κυβερνήτης Μηνοφίλου.*

Alter eiusdem numeri testis est titulus descriptus apud Conze, Hauser, Niemann. Explor. Samothr. I p. 43 n. 21, ubi similis est ratio inter Cyzicenos et Samothraces. Legimus enim: *Ἐπὶ βασιλέως Εὐμάχου τοῦ Τιμένου, ὡς δὲ Κυζικηνοὶ ἄγουσιν ἐπὶ Ἱππονίκου τοῦ Λυσαγόρου ἱππάρχεω· ἱεροποιο[ὶ] οἱ ἀποσταλέντες ὑπὸ τοῦ δήμου τοῦ Κυζικηνῶν [Δ]ιογένης Ἀττάλου, . . . γος Θεοχάρου* . . . . . . . . His duobus nominibus alia addita non fuisse videntur.

**5.** Unus sacrificuli munere fungitur Odessi: C. I. G. II. 2056 (Ross, inscr. Gr. ined. p. 292): *τὸν δὲ ἱεροποιὸν ἀναγράψαι τὸ ψήφισμα τοῦτο εἰς τελαμῶνα καὶ θεῖναι εἰς τὸ ἱερόν.*

Denique unus est eponymus Erythrarum urbis sacrificulus: Bull. III p. 388 sqq.; Le Bas-Wadd. III 1536 et 1541 add.; Foucart, inscr. ins. Rhod. n. 5; Rev. arch. N. S. XXIII, p. 105 sqq.: *Μουσ. καὶ βιβλ. εὐαγγ. σχολ. ἐν Σμύρνῃ* a. 1875 p. 128 *μσ'*, 1878 p. 54 n. 126, p. 63 n. 148.

In plerisque titulis nihil nisi simplex pluralis *οἱ ἱεροποιοί* apparet numero non addito. Nonnunquam usurpatur vox *συνιεροποιοί*: Bull. III p. 513: *ἱεροποιὸς λ[αχ]ὼν μετὰ τῶν ἄλλων συνιεροποι[ῶ]ν* in thiasotarum Atticorum decreto. Cf. titulum Delium ex adnotatione (2) Homollii Bull. VI p. 58: *ἱεροποιοὶ οἱ ἐπ' ἄρχοντος Λυσιξένου Ἑλπίνης Ἀνδρία καὶ οἱ συνιεροποιοί.*

## Cap. III.
## DE SACRIFICULORUM CREATIONE.

A) Graecorum magistratus partim sorte ducuntur partim suffragiis adhibitis eliguntur. Utrumque creandi genus in magistratibus de quibus agimus instituendis usu venit. Nam saepissime vocantur aut *κληρωτοί* vel *λαχόντες* aut *αἱρεθέντες* sive *χειροτονηθέντες*.

I. Sortito captos esse

1. decem Athenis sacrificulos publicos *κατ' ἐνιαυτόν* ex lexicorum locis compertum habemus: *κληρωτοὶ ἄρχοντες κ. τ. λ.* Phot. Etymol. M. s. v. Lex. Seguer. p. 265. — Aliud testimonium exhibetur apud [Dem.] c. Theocr. § 29: *καὶ τὴν μὲν ἀρχὴν ἣν ἐκεῖνος ἄρχων ἐτελεύτησεν, ἱεροποιὸς ὤν, παρὰ τοὺς νόμους ἦρχεν οὗτος, οὔτε λαχὼν οὔτ' ἐπιλαχών*, unde confirmatur una cum decem sacrificulis decemviros creatos esse, ut, si quis illorum in examine quod *δοκιμασίαν* Graeci vocant reiectus sive mortuus esset, eius in locum alter substitueretur.

De Eleusiniorum sacrificulis infra accuratius exponendum erit.

2. Idem valere de paganorum sacrificulis testatur C. I. A. II 581: *ἐπειδὴ οἱ λαχόντες ἱεροποιοὶ εἰς τὸ τῆς Ἥβης ἱερὸν δικαίως καὶ φιλοτίμως ἐπε[μ]ελήθησαν κ. τ. λ.*

Neque aliud de privatarum societatum *ἱεροποιοῖς* docent thiasotarum decreta Bull. III p. 510 = *Ἀθήν.* VIII p. 296 sqq.: *ἱεροποιὸς λ[αχ]ὼν* (*α[ὐτ]ῶν* minus recte *Ἀθήν.* l. l.) *μετὰ τῶν ἄλλων συνιεροποι[ῶ]ν*, et C. I. A. II 611 vs. 38—39: *τοὺς ἱεροπο(ι)οὺς τοὺς ἀεὶ λαγχάνοντας ἱεροποεῖν.*

Omnino omnium collegiorum sacrificulos sortito creatos esse sumendum est: eodemque referendum verbum *γενόμενος* quod in eadem inscriptione extat Bull. III p. 513 vs. 46, ubi notio sortiendi in praecedentibus clare expressa est: item C. I. A. II 615 vs. 5: *ἱε[ρο]ποιὸς γενόμενος*. Contra in dubio relinquenda eiusdem vocis significatio in titulo Aegyptio C. I. G. III. 4707 vs. 1 sqq.: *Ἀπολλώνιος Ἑρμογένους γυμνασιαρχήσας καὶ ἀγορανομήσας καὶ ἀρχιερεὺς γενόμενος καὶ ἱεροποιὸς γενόμενος κ. τ. λ.*

II. Suffragiis ad sacrificulorum munus suscipiendum electi sunt

1. Eumenidum *ἱεροποιοί*: Dem. c. Mid. § 115: *περιεῖδε δὲ ταῖς Σεμναῖς Θεαῖς ἱεροποιὸν αἱρεθέντα ἐξ Ἀθηναίων ἁπάντων.* De iisdem igitur in eiusdem orationis § 171 agitur: *ἐχειροτονήσατε μυστηρίων ἐπιμελητὴν καὶ ἱεροποιόν ποτε καὶ βοώνην κ. τ. λ.* Parum definita est notio creandi in loco Dinarchiano: *καὶ τὰς Σεμνὰς Θεὰς αἷς ἐκεῖνος ἱεροποιὸς καταστὰς δέκατος αὐτός.*

2. Extra ordinem a senatu creantur *ἱεροποιοί* qui sacra conficiant propter salutem totius populi Atheniensium eiusque rerum omnium *Ἀθήν.* VI 482 vs. 3. 23: *οἱ ἱεροποιοὶ οἱ αἱρεθέντες ὑπὸ τῆς βουλῆς ὑπὲρ τῶν ἱερῶν κ. τ. λ.*

Non minus a senatu institutos esse qui C. I. A. II 329 (in decreto altero) cum senatus quaestore sacrificare dicuntur pro certo habeo.

3. Idem creandi genus adhibetur in Lindiorum civitatis sacrificulis: Foucart, inscr. ined. ins. Rhodi n. 60:

*Ἔδοξε μάστροις καὶ Λινδίοις, ἐπιστατᾶν [γνώμη·]*
*Ἐπειδὴ ἐπιστάται αἱρεθέντες ὑπὸ Λινδίων Ἀνάξανδρος Ἐ[ρ]ά-*
*[τω]νος Κα[μ]ένδιος, Λυσίας Λυσικράτευς Λαδάρ[μι]ος*
*καὶ τοὶ αἱρεθέντες ἄνδρες*
*συναγωνίσασθαι ταῖς δίκαις*
(sequuntur triginta nomina)
*ἄνδρες ἀγαθοὶ ἐγένο[ν]το, [ε]ἴ δ[ὲ] φυλά[ξ]αντες Λινδίο[ι]ς*
*ὅπως ταὶ αἱρέσιες γίνωνται ἐν Λίνδῳ τῶν ἱερέων καὶ*

*ἱεροθυτᾶν καὶ ἱεροποιῶν καὶ τῶν ἄλλων [ἐ]πὶ τὰ [κ]οινὰ τασσομένων [εἰς εὐαρ]έσ[τησιν αὐτῶν Λινδίων κ. τ. λ.*

Nimirum magistratus Lindiorum omnes, et qui ad deorum cultum pertinent et qui munera civilia gerunt, suffragiis factos esse ex hoc titulo cognoscitur, cf. verba *ἐπιστάται αἱρεθέντες, αἱρεθέντες ἄνδρες συναγωνίσασθαι ταῖς δίκαις*, deinde vs. 40 *καὶ τῶν ἄλλων [ἐ]πὶ τὰ [κ]οινὰ τασσομένων* (cf. Foucarti ad hunc tit. adn.).

In aliis civitatibus qualis sacrificulorum fuerit creatio ex titulis non cernitur.

B) Postquam quomodo sacrificuli creari soleant vidimus, nunc est quaerendum, ex quibus electi sint. Qua de re quod quidem ad decem publicos Atheniensium attineat nihil titulis continetur. Ex civibus eos creatos esse consentaneum est: certe quod ex titulo Rossiano de demis Att. n. 12, ubi quattuor ultima nomina peregrinorum sint, peregrinis quoque ad hunc magistratum aditum fuisse Rossius et Boeckhius oec. publ. Athen. I p. 302 contenderunt, eum titulum huc omnino non pertinere supra p. 10 sqq. demonstravimus. Atque recte H. Sauppius[1]) in numero eorum magistratuum denariorum quorum singuli ex singulis tribubus creati sint enumerat cum multos alios tum sacrificulos.

Pariter singuli ex singulis tribubus destinati sunt sacrificuli extraordinarii *Ἀθήν.* VI 482, quod demotica probant.

Contra tribuum ordine non observato ex omnibus Atheniensibus ut solet fieri in magistratu suffragiis creando eliguntur Eumenidum *ἱεροποιοί*: Dem. c. Mid. § 115: *περιεῖδε δὲ ταῖς Σεμναῖς Θεαῖς ἱεροποιὸν αἱρεθέντα ἐξ Ἀθηναίων ἁπάντων κ. τ. λ.*

Iam singulari modo eliguntur sacrificuli ii qui sacris Eleusiniis operam dant. Qui cum in antiquo titulo C. I. A. I 5 *ἱεροποιοὶ Ἐλευσινίων* iidemque in inscriptione gravissima Eleusinia aetatis Pericleae nuper reperta (Bull. de corr. hell. IV p. 226 sqq.), qua de rebus

[1]) Commentatio de creatione archontum Att. Gotting. 1864 p. 22.

sacris templi Eleusinii administrandis praecipitur, *οἱ ἱεροποιοὶ οἱ Ἐλευσινόθεν* appellentur, quo a decem publicis *ἱεροποιοῖς* distinguantur: non sine causa Foucartus (l. c. p. 233) eos ex ipsis Eleusiniis eligi solitos fuisse suspicatus est. Ea sententia nititur loco Paus. I 38, 3 de Eleusiniorum antiquissimo cum Atheniensibus pacto: *γενομένης δὲ Ἐλευσινίοις μάχης πρὸς Ἀθηναίους ἀπέθανε μὲν Ἐρεχθεὺς Ἀθηναίων βασιλεύς, ἀπέθανε δὲ Ἰμμάραδος ὁ Εὐμόλπου· καταλύονται δὲ ἐπὶ τοῖσδε τὸν πόλεμον, ὡς Ἐλευσινίους ἐς τὰ ἄλλα Ἀθηναίων κατηκόους ὄντας ἰδίᾳ τελεῖν τὴν τελετήν.* Quod etsi ante omnia ad sacerdotia religiones sollemniaque ipsorum mysteriorum quorum cura nobilibus familiis Eleusiniis delata erat referendum est[1]), tamen etiam sacrificia administrationemque sacrorum Eleusiniis in Atticam civitatem receptis per privilegium relictam esse facile statuimus[2]). Neque inter fana a quaestoribus *τῶν ἄλλων θεῶν* administrata Eleusinium templum memoratur. Ceterum quo modo isti sacrificuli electi sint parum liquet: sorte creatos esse eos exemplum publicorum sacrificulorum persuadere videtur.

Ab his autem Eleusiniorum sacrificulis omnino discernendi sunt qui in titulo Attico recens reperto exhibentur decem *ἱεροποιοὶ οἱ τὰ μυστήρια ἱεροποιοῦντες* (Bull. de corr. hell. V 361 sqq.). Ii omnes ex prytanibus sunt et a contribulibus prytanibus propter negotia bene gesta collaudantur. Hinc docemur praeter collegium sacrificulorum Eleusiniorum quibus templi et sacrarum rerum administratio obtigit etiam proprios ab Atheniensium senatu *ἱεροποιούς* ad mysteria celebranda destinari solere ex prytanibus eligendos eius tribus quae festorum Eleusiniorum tempore (i. e. mense Boëdromione) senatui praeerat. Qui quidem num sorte creati sint an suffragiis prorsus incertum est.

---

[1]) Cf. Lobeck, Aglaoph. Eleus. § 16 init., p. 213 sqq.

[2]) Idem iudicandum de *ἐπιστάταις Ἐλευσινόθεν* qui innotuerunt ex titulo a. 329/8 cum maxime a Foucarto edito Bull. de corr. hell. VII 388 sqq.: *Λόγος ἐπιστατῶν Ἐλευσινόθεν καὶ ταμιῶν τοῖν Θεοῖν κ. τ. λ.* Quaestores duos ex omnibus Atheniensibus creari Foucartus putat.

Sacrificuli paganorum ex paganis, collegiorum sacrorum ex collegis ipsis creantur: in quibus si cives et metoeci mixti erant, utriusque generis sacrificuli esse poterant. Quod efficitur ex titulo de quo supra p. 9 egimus: ubi primus *ἱεροποιός* Polyeuctus ad Acharnas pagum Oeneidis tribus pertinet, alter Boethus civis est pagi Ancylae Aegeidis tribus. Nam *Ἀγκυ[λῆθεν* rectius quam *Ἀγκυ[ρανός* supplevit Rossius: tertio enim loco sequitur *ἰσοτελής* Chabrias, agmen claudit inquilinus Paedeas Solensis.

C) Restat ut paucis explicem, a quo electi sint sacrificuli qui sortitione non ducuntur. Eumenidum *ἱεροποιούς* a populo ipso in contione electos esse ea quae supra attuli evincunt. Contra ab Areopago eos electos esse legimus in scholio ad Dem. c. Mid. § 115 adscripto: *Ἡ ἐξ Ἀρείου δὲ πάγου βουλὴ τὸν ἱεροποιὸν ᾑρεῖτο. Ἐπειδὴ γὰρ ἐν Ἀρείῳ πάγῳ τὰ τῶν ἱερῶν τῶν Εὐμενίδων ἐπετέτραπτο καὶ πλησίον ἵδρυτο τῆς βουλῆς κ. τ. λ.* Atqui neque in ipsa oratione neque alibi usquam creationis ab Areopago institutae fit mentio: unde non dubito scholio omnem fidem denegare. Improbanda igitur quae O. Muellerus, Aeschyl. Eum. p. 179 statuit: adeo rem publicam Atheniensium Dearum cultum observasse ut proprios iis sacrificulos institueret per Areopagum ex populo eligendos: quamquam placuerunt Schoemannio, ant. iur. publ. Gr. p. 301.

A senatu electi sunt sacrificuli extraordinarii *Ἀθήν.* VI 482 vs. 3. 23: *οἱ ἱεροποιοὶ οἱ αἱρεθέντες ὑπὸ τῆς βουλῆς κ. τ. λ.* et C. I. A. II 329; cf. supra p. 21 [1])

De ceterarum civitatium sacrificulis nihil certius docemur, nisi quod Lindi quoque per populi comitia creatos esse *ἱεροποιούς* qui memorantur apud Foucart, inscr. ined. ins. Rhodi n. 60 curantibus duobus epistatis trigintaque iudicibus ex his verbis luculenter perspicitur: *ἐπειδὴ — ἄνδρες ἀγαθοὶ ἐγένο[ν]το [ε]ἰ[ς] δ[ὲ] φυλά[ξ]αντες Λινδίο[ι]ς*

[1]) De cura rerum sacrarum senatui commissa cf. quae disseruit V. Heydemann, de senatu Athen. quaest. epigraph. sel. (diss. Argentor. a. 1880) p. 49 sqq.

ὅπως ταὶ αἱρέσιες γίνωνται ἐν Λίνδῳ τῶν ἱερέων καὶ ἱεροθυτᾶν καὶ *ἱεροποιῶν* κ. τ. λ.

---

## Cap. IV.
## DE MUNERIS TEMPORE.

A) In annum Athenis decem civitatis sacrificulos creatos esse adiecta muneri κατ' ἐνιαυτόν notio probat. Cuius gravissimum extat testimonium C. I. A. I 188 = Boeckh. oec. publ. Athen. II tit. I., quo titulo rationes continentur expensarum archonte Glaucippo (Ol. 92,3 = 410 9) factarum. Atque in secundae prytaniae expensis haec recensentur vs. 5—7: Ἐπὶ τῆς Αἰγηΐδος δευτέρας πρυτανευούσης ἀθλοθέταις παρεδ[ό]θη εἰς Παναθήναια τὰ μεγάλα Φίλωνι Κυδαθηναιεῖ καὶ συνάρχουσιν Ἀθηναίας Πολιάδος (πέντε τάλαντα χίλιαι), *ἱεροποιοῖς κατ'* [*ἐ*]*νιαυτὸν* Διύλλῳ Ἐρχιεῖ καὶ συνάρχουσιν εἰς τὴν ἑκατόμβην (πεντακισχίλιαι ἑκατὸν τέσσαρες καὶ δέκα). Eodem modo vocantur apud Boeckhium l. c. tit. VIII, cuius vs. 35 recte Boeckhius (§ 3 vs. 3) supplevit [ἐκ Πανα|θηναίων παρὰ [ἱεροποιῶν κατ' ἐνιαυτὸ]ν [(πεντακόσιαι ἕνδεκα δρ. εἷς ὀβ.).

Per idem temporis spatium Eleusinios sacrificulos munere functos esse puto eam ob rem quia iis sacrorum bonorum in templo Eleusinio administratio delata est: C. I. A. I 1, Bull. IV p. 226.

Ad civitatis exemplum collegia quoque annuos sacrificulos habebant. Etenim Bull. III 570 sqq. honoribus ornatur a thiasotis Stephanus quidam, qui ἐπὶ Νικοκλέους ἄρχοντος (a. 302 1 a. Chr. n.) munere ἐπιμελητοῦ functus est, sequenti anno ἐπὶ Κλεάρχου ἄρχοντος munere ἱεροποιοῦ, proximo anno ἱεροποιοῦ iterum ἐφ' Ἡγεμάχου ἄρχοντος. Aliud exemplum praestat tit. Ross, de demis Att. n. 21, ubi ἱε|ροποιοὶ οἱ ἐπὶ Φιλιππίδου significat sacrificulos per eum annum munere functos quo Philippides sacerdotio praeerat.

Idem de orgeonibus inde sequitur quod sacrificuli C. I. A. II 610 altero cuiusque mensis die collegarum contionem

una cum curatoribus convocare iubentur vs. 16 sqq.: *ἀγο[ρὰν δὲ κ]αὶ [ξ]ύ[λλ]ογον ποιεῖν τοὺς ἐπιμελητὰς καὶ τοὺς ἱεροποιοὺς ἐν τῷ ἱερ[ῷ] πε[ρὶ τῶν κοιν]ῶν τῇ δευτέρᾳ ἱσταμένου τοῦ μηνὸς ἑκάστου.* — Simile est quod praescribitur iis in Sarapiastarum decreto C. I. A. II 617 vs. 13 sqq.: *ἀναγορεύειν [αὐ]τῶν τὰ ὀν[όματα τ]οὺς ἱεροποιοὺς ἀεὶ κα[θ' ἑ]κάστην θ[υσίαν μετ]ὰ τὰ ἱερά*[1]).

Etiam in aliis civitatibus annuos hos magistratus fuisse ex nonnullis titulis potest evinci. Veluti Deli in insula constanter notatur quo archonte sacrificuli munus administraverint, e. g. Bull. II 570 init.: *λ]όγος [....... ἱεροποιῶν τῶν ἱεροποιησάντων ἐπὶ] ἄρχοντος Ἀμφικλέους*: idem fere C. I. G. 2953 b; saepissimeque in rationibus legimus verba *ἱεροποιοὶ οἱ ἐπὶ ἄρχοντος (τοῦ δεῖνος)*. Denique recensentur rationes et expensi et accepti uniuscuiusque duodecim anni mensium, e. g. Bull. V p. 25: *καὶ τάδε εἰσήκει ἐκ τῆς φιάλης Ληναιῶνος (τρεῖς δρ. τρεῖς ὀβ.), μηνὸς Ἱεροῦ (δύο δρ. . . . ὀβ.)*, cf. Bull. VI 6 sqq. 61 sqq. al.

Erythrarum sacrificulum eponymum per annum muneri praeesse ut per se intellegitur ita inde quoque agnoscitur quod haud raro mensis alicuius notio additur notioni magistratus, qualia habes Rev. arch. N. S. XXXIII p. 105 sqq. vs. 23: *Ἐφ' ἱεροποιοῦ Ἑρμο[κλ]είτου, μηνὸς Ληναιῶνος*,

vs. 36: *ἐφ' ἱεροπο[ιοῦ] Φανοτίμου, μηνὸς Ἀνθεστηριῶνος.*

ibid. p. 114 sqq. vs. 45: *ἐφ' ἱεροποιοῦ Ἀπατουρίου, μηνὸς Ληναιῶνος*, cf. vs. 50. ibid. p. 118 vs. 7—8.

Bull. III p. 390: *ἐφ' ἱεροποιοῦ Ἀπατουρίου, μηνὸς Ἀρτεμισιῶνος.*

Adde praescripta saepe repetita Bull. III p. 390 vs. 3—4: *οἱ στρατηγοὶ οἱ στρατηγήσαντες τὴν πρώτην τετράμηνον ἐφ' ἱεροποιοῦ Ἡγησαγόρου κ. τ. λ.* — *Μουσ. καὶ βιβλ. τῆς εὐαγγ. σχολ. ἐν Σμύρνῃ* a. 1875 p. 128: *τοὺς στρατηγήσαντας ἐπὶ ἱεροποιοῦ Χρυσογόνου τὴν δευτέραν τετράμηνον* al.

Idem valet de Cyzici sacrificulis C. I. G. 2157: *Κυζικηνῶν ἱεροποιοὶ καὶ μυστηρίων εὐσεβεῖς ἐπὶ Αντιγένους τοῦ*

[1]) Cf. Foucart, ass. relig. p. 28 sq.

*Ἑρμαγόρου ὑπάρχεω,* [*ὡς δὲ*] *Σαμοθρᾶκες ἐπὶ βασιλεως Ἀριδήλου;* et de Lindi *ἱεροποιοῖς*, de quibus conferendus est Foucartus, inscr. ined. ins. Rhodi p. 74.

Denique in universum omnes sacrificulos qui pariter atque Eleusinii et Delii sacrorum administrandorum officia praestant annuos fuisse non est cur pluribus explicemus (cf. commentationis huius cap. seq. et part. II § 2).

B) Contra in certum datumque brevius temporis spatium creantur Athenis Eumenidum sacrificuli, *ἱεροποιοὶ οἱ τὰ μυστήρια ἱεροποιοῦντες* ex prytanibus delecti, extraordinarii quos memorat tit. *Ἀθήν.* VI p. 482. Certa scilicet negotia his mandantur, quae ubi perfecerunt rationemque pecuniae publicae sacrificando consumptae reddiderunt magistratu abeunt.

Ceterum qui ad certas res sacras peragendas creantur ab annuis *ἱεροποιοῖς* distingui appellatione *ἐπιμήνιοι* Boeckhius statuit (oec. publ. Athen. I p. 302: cf. C. I. G. 3641 b II p. 1133)[1]): cum *ἐπιμήνιοι* designari soleant qui aut per totum annum certis uniuscuiusque mensis diebus aut per singulos menses fungantur rebus sacris. Pariter C. F. Hermannus (antiq. relig. § 11, 14) nisus Hesychii glossa *ἐπιμήνιοι· οἱ ἱεροποιοί κ. τ. λ.* ipsos *ἱεροποιούς*, si in singulos menses instituantur, *ἐπιμηνίους* appellari opinatur *ἱεροποιοῖς τοῖς κατ᾽ ἐνιαυτόν* opponendos. Cui opinioni repugnat quod neque vox *ἱεροποιοί* cum notione *ἐπιμήνιοι* coniuncta usquam reperitur — apud Athenienses ne comparent quidem *ἐπιμήνιοι* — neque ipsa *ἐπιμηνίων* officia qualia ex inscriptionibus innotuerunt omni ex parte conveniunt *ἱεροποιῶν* muneri. Quod accuratius apparebit ex eis quae de *ἐπιμηνίων* natura deque eorum cum *ἱεροποιοῖς* ratione in appendice huius commentationis singillatim exponentur.

---

1) Cf. Barthelemius, Mém. d. l'Acad. des inscr. XLVIII p. 337 sqq., Seldenus, Marm. Oxon. p. 163 Maitt.

## Cap. V.
## DE MUNERIS GENERE ET NATURA.

Munus sacrificulorum publicorum Atheniensium *ἀρχή* est, cuius rei iam in eis quae exposuimus indicia satis manifesta deprehenduntur. Habent enim omnes *ἀρχῆς* quam Graeci vocant notas proprias: sorte ducuntur, in annum creantur, collegium decem virorum efficiunt. Idem diserte probat [Demosth.] c. Theocr. § 29: *καὶ τὴν μὲν ἀρχὴν ἣν ἐκεῖνος ἄρχων ἐτελεύτησεν ἱεροποιὸς ὢν κ. τ. λ.* Quapropter Pollux VIII 114 *καὶ τειχοποιοὶ δὲ καὶ ἱεροποιοὶ καὶ βοῶναι ὑπηρεσιῶν ὀνόματα* non rectius de *ἱεροποιοῖς* valet vox *ὑπηρεσία* quam de boonis[1]) et *τειχοποιοῖς*.

Confirmatur vero ea res aliis argumentis ex ipsis titulis depromptis.

Atque in inscriptione Panathenaica C. I. A. II 163 in numero summorum Athenis magistratuum, post prytanes archontes Deae quaestores, ante strategos et taxiarchos recensentur vs. 8: *θ]ύειν δὲ τοὺς ἱεροποιοὺς νείμαντ[ας τοῖς πρυτάν]εσιν πέντε μερίδας καὶ τοῖς ἐννέα ἄρ[χουσιν .....] καὶ ταμίαις τῆς θεοῦ μίαν καὶ τοῖς ἱερ[οποιοῖς μίαν] καὶ τοῖς στ[ρατ]ηγοῖς καὶ τοῖς ταξιάρχ[οις ..... καὶ τ]οῖς πομπ[εῦσι]ν τοῖς Ἀθηναίοις καὶ τα[ῖς κανηφόροι]ς κατὰ (τὰ) εἰω[θότα], τὰ δὲ ἄλλα κρέα Ἀθηναίο[ις μερίζειν.*

Idem significatur verbis tituli C. I. A. I 188 vs. 5—7: — *ἱεροποιοῖς κατ' [ἐ]νιαυτόν, Διύλλῳ Ἐρχιεῖ καὶ συνάρχουσιν. Ἄρχοντες* enim etsi nonnunquam ii quoque dicuntur quibus curatio quaedam commissa est, tamen in sermone sollemni non intelleguntur nisi magistratus qui alicuius rerum publicarum partis administrationi per annum praefecti sunt.

Certe autem ad magistratum iustum referendum est quod *ἱεροποιοί* iure coercitionis utuntur. Cum enim in Panathenaeorum die festo pompam ducant sollemnibusque

[1]) Cf. de boonis praeter Dem. c. Mid. § 171 Harpocratio: *ὅτι λαμπρὸς ἦν ὁ βοώνης καὶ αἱ μέγισται ἀρχαὶ ἐπὶ τούτῳ ἐχειροτονοῦντο.* Suidas s. v., Lex. Seguer. p. 219. Boeckhius, oec. publ. Athen. I p. 303.

nocturnis operam dent, iis mandatur, ut eos qui ipsis non obtemperaturi sint poenis afficiant lege constitutis: C. I. A. II 163 vs. 31: *τοὺς δὲ ἱεροποιοὺς τοὺς διοι[κοῦντας τ]ὰ Παναθήναια τὰ κατ' ἐνιαυτὸν ποεῖν τὴν πα[ννυχίδα] ὡς καλλίστην τῇ θεῷ καὶ τὴν πομπὴν πέμπε[ιν ἅμα ἡ]λίῳ ἀνιόντι ζημιοῦντας τὸν μὴ πειθαρχο[ῦντα ταῖς ἐκ]τῶν νόμων ζημίαι[ς]*. Voces *ζημιοῦντας* et *ζημίαις* cum ad multas referendae sint, *ἐπιβολῆς* ius quod proprium est magistratuum Atheniensium non defuisse sacrificulis probabile est. Et Rangabis quidem titulum illum explicans eos a sacrificulis punitos esse censet qui, cum sacra sumptibus suis ornare et ampliora reddere publice iussi sint, participes pompae ducendae esse noluerint. Quod mihi a simplici interpretandi ratione videtur abhorrere: immo veri similius esse magisque sententiarum nexui convenire in ipsa pompa ducenda ludisque administrandis eorum fuisse ut disciplinam servarent eosque qui dicto audientes non essent in ordinem cogerent. Cuius rei similitudinem agnoscimus in nobilissima inscriptione de mysteriis Andaniae celebrandis ap. Le Bas-Foucart. II 326 a (cf. Sauppius die Mysterien-Inschrift aus Andania Gott. 1860) vs. 40 sqq. ubi *ῥαβδοφόροις* haec negotia mandantur: *ῥαβδοφόροι δὲ ἔστωσαν ἐκ τῶν ἱερῶν εἴκοσι, καὶ πειθαρχούντω τοῖς ἐπιτελοῦντοις τὰ μυστήρια καὶ ἐπιμέλειαν ἐχόντω ὅπως εὐσχημόνως καὶ εὐτάκτως ὑπὸ τῶν παραγεγενημένων πάντα γίνηται καθὼς ἂν παραγγέλλωντι οἱ ἐπὶ τούτων τεταγμένοι, τοὺς δὲ ἀπειθοῦντας ἢ ἀπρεπῶς ἀναστρεφομένους μαστιγούντω κ. τ. λ.* — Eodem officio in titulo Iliensi C. I. G. II 3599 funguntur homines ad disciplinam in pompa Minervae custodiendam instituti vs. 27 sqq.: *καθιστάναι [δὲ καὶ ἄνδρας — — —] τοὺς τῆς εὐταξίας ἐπιμελησομένους, καὶ τοὺς κατασταθέντας ἔχειν [ἐξουσίαν τοὺς ἀτακτ]οῦντας τῇ ῥάβδῳ κολάζειν.*

Quae potestas qualis in publicis epulis Atheniensium fuerit illustratur loco Athenaei IV 14 p. 137 f ex Chrysippi libro quarto *περὶ τοῦ καλοῦ καὶ τῆς ἡδονῆς* petito: *Ἐν Ἀθήναις δὲ ἱστοροῦσιν οὐ πάνυ ἀρχαίων δυοῖν γενομένων δείπνων, ἐν Λυκείῳ τε καὶ Ἀκαδημείᾳ, τοῦ μὲν εἰς τὴν*

Ἀκαδήμειαν εἰσενέγκαντος ὀψοποιοῦ λοπάδα πρὸς ἑτέραν τινὰ χρείαν τὸν κέραμον κατᾶξαι πάντα τοὺς ἱεροποιούς, ὡς μακρόθεν οὐκ ἀστείας παρεισδύσεως γενομένης, δέοντος ἀπέχεσθαι τούτων τῶν μακρόθεν· τὸν δ' ἐν τῷ Λυκείῳ κρέας ταριχηρὸν εἰς τάριχος διασκευάσαντα μαστιγωθῆναι ὡς παρασοφιζόμενον πονηρῶς.

Ut ceteri magistratus ita sacrificuli munere perfuncti rationes publice reddunt: id quod de extraordinariis quoque ἱεροποιοῖς valet qui quidem publicam pecuniam in publico negotio exequendo consumpserint Ἀθήν. VI p. 482 n. 3 vs. 34: — καὶ στεφανῶσαι ἕκαστον αὐτῶν χρυσῷ στεφάνῳ ἀπὸ .. [δ]ραχμῶν [ἐπ]ε[ι]δὰν τὰς [ε]ὐθύνας δῶ[σι].

Civitatis exemplum in hac quoque re sequuntur pagani, cf. C. I. A. II 581 vs. 1 sqq.: ἐπειδὴ οἱ λαχόντες ἱεροποιοὶ εἰς τὸ τῆς Ἥβης ἱερὸν δικαίως καὶ φιλοτίμως ἐπε[μ]ελήθησαν τῆς θυσίας τῇ Ἥβῃ καὶ τοῖς ἄλλοις θεοῖς οἷς ἔδει αὐτοὺς θῦσαι, καὶ λόγον καὶ εὐθύνας δεδώκα[σ]ιν κ. τ. λ. Quo pertinet formula iurisiurandi quod iurant Scambonidarum sacrificuli C. I. A. I 2 — καὶ τὰ κοιν[ὰ] τὰ Σκαμβωνιδῶν σωῶ καὶ ἀποδώσω παρὰ τὸν εὔθυνον τὸ καθῆκον.

Quemadmodum autem rationes reddunt sacrificuli, ita probationi quoque quam subire solent magistratus Atheniensium priusquam ad munus ipsum accedant, δοκιμασίαν intellego, obnoxios eos esse censendum est, quamquam nulla eius rei neque in titulis neque apud scriptores mentio fit. Neque minus certum est, ut alia missa faciam, sine ulla mercede sacrificulos munus gessisse, quod et ipsum ad iustum magistratum pertinet.

Sacrificulorum Eleusiniorum quoque munus notas ἀρχῆς peculiares prae se fert. Qui quamquam certo templo, Eleusinio dico, praeficiuntur, tamen decretis senatus populique Atheniensium parent. C. I. A. I 5 iubentur suas cuique deo hostias immolare: ubi vs. 1 facile agnoscitur formula populisciti ἔδοξεν τῇ βουλῇ] καὶ [τ]ῷ δήμῳ. Etiam C. I. A. I 1 praecepta leguntur quae spectant ad eorum administrandi munia. Denique Bull. de corr. hell. IV p. 226 sqq. praecepta de utriusque generis officiis dantur, sacrificandi

vs. 36 sqq., administrandi maxime vs. 10 sqq. 40 sqq. Itaque, ut hoc utar, una cum senatu donaria deis iubentur ponere talia qualia populo Atheniensium placitura sint. Atque etiam poena pecuniaria hoc decreto constituitur sacrificulis irroganda, nisi rite mandata perfecerint vs. 18 sqq. Quae omnia publicum Atheniensium magistratum designant.

Idem de plurimis aliarum civitatum sacrificulis statuendum. Atque Deli quidem *ἱεροποιούς* publicum magistratum fuisse qui rationes muneris reddere iubetur ipsae tabulae docent. Quibus ut aliis collegiis publicis scriba praesto erat: C. I. G. II 2953b vs. 5, C. I. G. II 2266 cf. Herm. XVII p. 4—5 vs. 28. Bull. de corr. hell. II 570 vs. 3, VI p. 6 sqq. vs. 3, cf. vs. 38. 55. 76. 100. 122. ibid. p. 29 vs. 2. 180. Eorundum *ἱεροποῖον* occurrit Bull. VI p. 6 sqq. vs. 182 sqq.

Camiri in urbe Rhodi *ἱεροποιοί* una cum aliis urbis magistratibus et sacerdotibus enumerantur Bull. de corr. hell. V p. 336. ubi agmen ducit summus Camiri magistratus[1]) *δαμιουργός* (vs. 1 *δαμιουργήσας*), quem proximi sequuntur duodecim sacrificuli (vs. 2 sqq.), tertio loco sacerdotes (vs. 16 *ἱερεῖς*), postremo *ἀγωνοθέται* vs. 26. Quam rem luculentius confirmat tit. apud Newton. transact. of the royal society of lit. XI p. 435, ubi *μάστροις τᾶν κτοινᾶν* i. e. pagorum magistris diserte opponuntur *ἱεροποιοί* qui publica sacrificia administrant: *τοῦτοι δὲ* (sc. *οἱ μάστροι*) *συνλεγέσθων ἐν Καμίρῳ εἰς τὸ ἱερὸν τᾶς Ἀθαναίας ὄκκα τοὶ ἱεροποιοὶ παραγέ[ν]ωντι καὶ ἀθρεόντω τὰ ἱερὰ τὰ Καμιρέων [τὰ δαμο]τελῆ πάντα κ. τ. λ.*

In titulis Lindiis cum sacerdotibus et *ἱεροθύταις* coniuncti inveniuntur: Foucart inscr. ined. ins. Rhodi n. 60 et 61: quorum magistratuum non levis fuit auctoritas in ea urbe, quae omnem fere vitam publicam in rebus sacris curandis consumeret[2]). Recte igitur adnotavit Foucartus tituli prioris verba vs. 39 *τῶν ἄλλων [ἐ]πὶ τὰ [κ]οινὰ τασσομένων* ad ceteros magistratus sacerdotales veluti ad *ἱεροκήρυκα* et

---

[1]) v. Foucart. inscr. ined. ins. Rhodi p. 58.

[2]) Foucart l. c. p. 69.

ἱεροταμίαν esse referenda, praesertim cum in sequentibus ii qui creationi praefecti erant collaudentur „ὅτι ἄνδρες ἀγαθοὶ ἐγένοντο περὶ τὰ ἱ[ε]ρὰ τὰ Λινδίων".

De Teorum sacrificulis idem probat tit. apud LeBas-Wadd. Asie min. III n. 88 vs. 6 — καὶ τὸν πρύτανιν καὶ τοὺς ἱεροποιοὺς καὶ τὰς [ἄ]λλας συναρχίας[1]). Pariter συνάρχοντες vocantur ἱεροποιοί Chii C. I. G. II add. 2221b: ibidem munus ἀγωνοθέτου cum ἱεροποιοῦ coniunctum penes unum eundemque est virum: isque prius militum dux fuit quam alia munera subiret.

Ne Aegyptii quidem ἱεροποιοί (C. I. G. III 4683. 4707) publica carebant auctoritate. Itaque in titulo altero Apollonius post summum sacerdotium ἱεροποιοῦ munus administrasse dicitur: Ἀπολλώνιος Ἑρμογένους γυμνασιαρχήσας καὶ ἀγορανομήσας καὶ ἀρχιερεὺς γενόμενος καὶ ἱεροποιὸς γενόμενος ὁμοίως τῆς Λύκων πόλεως καὶ τὰς ἄλλας ἀρχὰς διῆλθεν.

Omnino sacrificulos ubicunque sacra publica sollemniter sacrificanda curant vel pecuniam sacram administrant publica auctoritate praeditos esse consentaneum est. Quemadmodum Myconi Ἀθήν. II p. 237 vs. 3: τάδε ἔδοξεν Μυκονίοις θύειν πρὸς τοῖς πρότερον καὶ ἐπηνορθώθη περὶ τῶν προτέρων κ. τ. λ. vs. 17: ταῦτα διδόντων οἱ ἱεροποιοὶ ἀπὸ τοῦ ἱεροῦ ἀργυρίου. Ibidem officia eorum non differunt ab ἀρχόντων officiis (vs. 13 sqq.): utrique victimas aliasque res ad sacrificandum necessarias comparare iubentur.

Idem valet in insulis Euboea (Rangab. II 957 vs. 5—8) et Io (Ross inscr. Gr. ined. n. 94, cf. Keilium in syll. inscr. Boeotic. p. 33, ubi si Keilii supplementis fidem habemus, memoratur κῆρυξ sacrificulorum vs. 6: ὅσας δ' ἂν μὴ ὁμο[λογήσῃ] ἡμερῶν γ' κήρυ[κι τῷ τῶν] ἱεροποιῶν, ὀφειλέτω ἑκατὸν δραχ[μὰς τῷ] δημοσίῳ).

Ceterum privati collegiorum ἱεροποιοί publicorum sacrificulorum auctoritatem imitantur. Velut Bull. de corr. hell.

[1]) De συναρχίαις cf. Heydemann de senatu Atheniensium diss. Argentorat. 1880 p. 42 sq.

III 510 sqq. Stephanus primum ἐπιμελητής, deinde aucto certe honore ἱεροποιός factus est: vs. 26 sqq. ἐπειδὴ Στέ-[φα]νος πρότερόν τε ἐπιμελητὴς [γε]νόμενος καὶ νῦν ἱεροποιὸς λ[αχ]ὼν κ. τ. λ.

Extraordinariorum sacrificulorum munus etsi proprie non ἀρχή sed ἐπιμέλεια erat — in certum enim tempus eliguntur certaque iis negotia mandantur —, tamen illi neque auctoritate neque ipsis negotiis ab ordinariis eius generis magistratibus discrepant. Quemadmodum collegio ἱεροποιῶν Bacchi a senatu extra ordinem creato muneris rationem rite reddendam esse, ratione reddita eos publice coronari iam vidimus p. 29—30.

Hoc vero commune habent ἱεροποιοί cuiusvis generis cum reliquis magistratibus, quod cum magistratu recte gesto abierunt publice laudari et corona oleagina *(στεφάνῳ θαλλοῦ)* ornari solent. Quo pertinet magna pars titulorum de quibus agimus. Atque de Atheniensium sacrificulis testimonio est tit. ap. Rangabé ant. hell. II n. 1059: *Ἱεροποιοὶ ἀνέθεσαν τῷ Θησεῖ ἐπὶ Λυκίσκου ἄρχοντος, ἐπαινεθέντες καὶ στεφανωθέντες ὑπὸ τοῦ δήμου τοῦ Ἀθηναίων δικαιοσύνης ἕνεκα.*

De Eleusiniis sacrificulis Bull. de corr. hell. V 361 sqq.: *ἐπαινέσαι τοὺς ἱεροποιοὺς τοὺς τὰ μυστήρια ἱεροποιήσαντας Ἐλευσῖν[ι] καὶ στεφανῶσαι αὐτῶν ἕκαστον θαλλοῦ στεφάνῳ ἀρετῆς ἕνεκα καὶ δικαιοσύνης τῆς εἰς τοὺ[ς] φυλέτας.* Neque solum a contribulibus sed etiam a senatu populoque eadem ratione eos honoratos esse inde perspicere licet quod sub ipso decreto duae coronae in lapide insculptae sunt, quarum in una inscriptum est: „ὁ δῆμος“, in altera „ἡ βουλή“[1]).

De extraordinariorum ἱεροποιῶν collegio Ἀθήν. VI p. 482 vs. 27 sqq.: — *ἐπαινέσ[αι τοὺς ἱεροποιούς* — sequuntur nomina — *ἀρετῆς ἕνεκα καὶ δικαιοσύνης τῆς εἰς τὴν βουλὴν καὶ τὸν δῆμον τὸν Ἀ[θ]ηναίων κα[ὶ] ἐπιμ[ε]λ[εί]α[ς] τῆς περὶ τὰ ἱερ[ὰ] καὶ στεφανῶσαι ἕκαστον αὐτῶν χρυσῷ στεφάνῳ ἀπὸ . . [δ]ραχμῶν [ἐπ]ε[ι]δὰν τὰς [ε]ὐθύνας δῶ[σι].*

De paganorum sacrificulis C. I. A. II 581 vs. 7 sqq.:

[1]) cf. C. I. A. II 567.

*στεφανῶσαι αὐτῶν ἕκαστον θαλλοῦ στεφάνῳ . . . . . δικαιοσύνης ἕνεκα [κ]αὶ φιλοτιμίας τῆς εἰς τοὺς δημότ[α]ς*; de collegiorum C. I. A. II 615; 616 vs. 21 sqq.: *ἐπ[αι]νέσαι δὲ καὶ τοὺς ἐπιμελητὰς καὶ τοὺς ἱεροποιοὺς τῷ Διῒ τῷ Σωτῆρι καὶ τῷ Ἡρακλεῖ καὶ τοῖς Σωτῆρσιν καὶ στεφανῶσαι ἕκαστον αὐτῶν θ[αλλ]ο[ῦ στ]εφάνῳ ἀρετῆς ἕνεκα καὶ φι[λοτι]μ[ία]ς τῆς ε[ἰς τὸ κο]ιν[ὸν τῶν ἐρανι]στῶν.* Quid? quod in thiasotarum Veneris collegio Bull. de corr. hell. III 513 vs. 39 sqq. sacrificulo praeter coronam praemium pecuniae decernitur decem drachmarum: *καὶ στεφανῶσαι θαλλοῦ στεφάνῳ, δοῦναι δὲ αὐτῷ Δ δρα[χμάς]*, atque eidem in sequenti decreto viginti drachmae donantur ad donarium parandum in quo decretum in ipsius honorem factum inscribat vs. 49: *καὶ στεφανῶσαι θαλλοῦ στεφάνῳ καὶ δοῦναι αὐτῷ ἀπὸ τοῦ κοινοῦ ΔΔ δραχ[μάς], τὸν δὲ λαβόντα ἀναθεῖναι ἀνάθημα ἐν τῷ ἱερῷ ἐπιγράψαντα τόδε τὸ ψήφισμα κ. τ. λ.*

Contra ubi officia aut neglexerunt aut non ex senatus populique sive societatis voluntate peregerunt, poena pecuniaria afficiuntur. Quamquam id nisi de Eleusiniorum et collegiorum sacrorum sacrificulis tituli non testantur: Bull. de corr. hell. IV p. 226 vs. 18: *ἐ[ὰ]ν δὲ μὴ παραδέξωνται πέντε ἡμε[ρ]ῶν . . . . ἐπειδὰν ἐπαγγελῇ, παραδιδόντων τῶν ἐκ τῆς πόλεως [ὅ]θεν ἂν [ᾖ] ὁ κα[ρπ]ός, εὐθυνόσθων οἱ ἱεροποιοὶ χιλίαισιν δραχμῆσι [ἕ]κ[ασ]τος.*

C. I. A. II 611 vs. 13 sqq.: *ἐὰν δὲ μὴ ἀναγορεύσωσι* (sc. *τὸν στέφανον οἱ ἱεροποιοί*), *ἀποτινέτωσαν τῷ κοινῷ* (*πεντήκοντα*) *δραχμάς.*

C. I. A. II 617 vs. 15 sqq.: *ἐὰν δὲ μὴ ἀναγορεύσωσ[ιν ἢ] μὴ στεφα]νώσωσιν, ἀποτεισάτω ἕκαστος αὐ[τῶν . . . . δ]ραχμὰς ἱερὰς τοῖς Σαραπιασταῖς.*

Eodem pertinet quod Naucratitarum *ἱεροποιοί* nisi in epulis sacris parandis frugalitatem legitimam servaverint multantur: *καὶ ὃς ἂν ἔξω τι τούτων ἱεροποιὸς παρασκευάσῃ ὑπὸ τῶν τιμούχων ζημιοῦται* Athen. IV p. 149 f.

Postremo verbo commemoro e p o n y m o s Erythraeorum *ἱεροποιούς*. Quae res non est confundenda cum noto more sacerdotis nomen inscribendi titulis in sacro loco collocatis.

Is enim mos non valet nisi aut de actis privatis veluti manumissione (cf. Wescher et Foucart inscr. de Delphes), conductione in perpetuum facta (Rev. arch. a. 1865 p. 352 sqq.) aliis, aut de rebus sacris, sicuti donariis, laudibus honoribusque sacerdoti templi tributis (*Ἀθήν.* VI p. 134 n. 9)[1]).

Contra in titulis Erythraeis et magistratuum tempora ex anno eponymi sacrificuli numerantur et civilibus, non sacris negotiis eius nomen praescribitur. Ac maior quidem pars horum titulorum populiscita sunt quibus praetores honoribus afficiuntur: Bull. de corr. hell. III p. 390 vs. 1 sqq: *ἐφ' ἱεροποιοῦ Ἀπατουρίου, μηνὸς Ἀρτεμισιῶνος, ἔδοξεν τῷ δήμῳ, Πολύκριτος Ἰατροκλείους εἶπεν· ἐπειδὴ οἱ στρατηγοὶ οἱ στρατηγήσαντες τὴν πρώτην τετράμηνον ἐφ' ἱεροποιοῦ Ἡγησαγόρου κ. τ. λ.* cf. vs. 22. Foucart. inscr. ined. ins. Rhodi n. 5 p. 19 sqq: *Μουσ. καὶ βιβλ. τῆς εὐαγγ. σχολ. ἐν Σμύρνῃ* a. 1875 p. 128. a. 1878 p. 54 n. 126. LeBas-Wadd. Asie min. n. 1556.[2]) 1541: *Ξενοκράτης Δημοδίκου ἀγορανομήσας ἐ[πὶ] ἱεροποι[οῦ] Κα[λ]λί[ου] τὴν δευτέραν τετράμηνον, τὸν Ἑρμῆ καὶ τὸ ζυγὸν καὶ τὰ σταθμία τῷ δήμῳ. Μουσ. καὶ βιβλ.* a. 1878 p. 63 n. 148: *Ἐφ' ἱεροποιοῦ Δαμάλου τειχῶν ἐπιστάται τῆς ἀντιπλάδης τοῦ τείχο[υ]ς.* Rayet Rev. archéol. a. 1877 (XXXIII) p. 105 sqq. ubi agitur de sacerdotiorum venditione vs. 13: *Διασ[υστάσεις ἱ]ερητειῶν ἐφ' ἱεροποιοῦ Φανοτίμο[υ*, vs. 23: *Ἐφ' ἱεροποιοῦ Ἑρμο[κλ]είτου, μηνὸς Ληναιῶνος, αἵδε ἐπεπρά[θη]σ]αν ἱερητεῖαι.* item vs. 36. 42. 44: *ἱερητεῖαι αἱ ἐπιπωλη[θεῖσ]αι ἐφ' ἱεροποιοῦ Ἑρμοστράτους*, p. 114 sqq. vs. 1. 14. 45. 50. 60; p. 118 vs. 7. 13. 45. Qui titulus etsi res cum cultu deorum coniunctas exhibet, tamen publice acta eaque publice inscripta persequitur.

[1]) v. Kirchhoffium in Herma II p. 161 sqq. conferendus est C. I. G. II 3595.

[2]) Ad hunc titulum parum probabiliter editor monuit Herculis intellegendum esse sacrificulum, quippe qui sit summus Erythraeorum deus. Quod si ita se haberet, expectes diserte *ἐφ' ἱεροποιοῦ τοῦ Ἡρακλέους* praescribi, ut Philistor. a. 1862 *τόμ.* III p. 346 vs. 7: *ἐπὶ ἱερέως τοῦ Ἀσκληπιοῦ Ἑρ[μαγ]όρα.*

Ceterum ad eam rem illustrandam nonnullos alios eius generis magistratus eponymos affero:

*ἱεροθύτης* eponymus est Agrigenti C. I. G. III 5491, Segestae ib. 5546, Melitae 5752, apud Oetaeos Bull. de corr. hell. V p. 137 sqq.

*ἱεραπόλος* apud Acarnanes *Ἀθήν.* I p. 253 sqq. Le Bas-Foucart 1042. 1043 = C. I. G. 1793, ibid. n. 194 d. Gelae C. I. G. III 5475 cf. Mueller Dor. II p. 161. Lescatae s. Alicatae ib. 5476.

*ἱερομνήμονες* non amphictionici Byzanti Polyb. IV 52, 4, Perinthi in Thracia Dumont. inscr. de la Thrace n. 72 C. Chalcedone C. I. G. II 3794, Spalati in Illyrico C. I. G. II add. 1830b (cf. Boeckhi adn.).

*στεφανηφόρος* in Asiae minoris civitatibus: in Caria Le Bas-Wadd. Asie min. n. 251 sqq., Bull. de corr. hell. V p. 497, Hieropoli (in Phrygia magna) ib. 741 = C. I. G. 3912a.

*ἐπιμήνιος* cf. infra p. 71 sq.

## Pars II.

# DE SINGULIS SACRIFICULORUM OFFICIIS.

## § 1.
## DE SACRIFICIORUM ET FESTORUM CURA.

### A) Athenis.

I. Sacrificuli publici Athenis operam dant publicis sacris atque diebus festis administrandis. Atque sacrificia ab iis curata in universum distinguuntur anniversaria sollemniaque et extraordinaria quae ex oraculo deis offerenda sunt. Et. M. p. 469 *τά τε μαντεύματα ἱεροθυτοῦσιν — καὶ θυσίας τὰς νομιζομένας ἐπιτελοῦσι*: ubi cum *μαντεύματα* usurpari pro *τὰ ἐκ μαντεύματος προσταχθέντα* probabile non sit, lectionem *τὰ μαντευόμενα* [1]) codicis Vossiani ex fonte optimo derivati [2]) recipere malim et ad sacrificia ab oraculo mandata referre.

Quibusnam maxime festis sacrificuli destinati fuerint titulis docemur qui rationes a Lycurgo de pecuniis in aerarium publicum traditis factas continent. Enumerantur enim in iis persaepe pecuniae ex pellibus hostiarum in festis singulis immolatarum redactae. Hinc autem maiora tantum sacra publica ab iis administrata esse apparet. Nam in minoribus sacrificiis publicis ut in privatis pelles vel pecuniam pro eis publice constitutam iis ipsis qui sacrificaverint dari solere satis constat [3]).

Sunt autem festa illa:

*α*) Panathenaea: Boeckh. oec. publ. Athen. II tit. VIII § 3 vs. 3 (= C. I. A. II 741 a 34) [*Ἐκ Πανα*|*θηναίων παρὰ* |*ἱερο ποιῶ*]*ν* (*ἑξήκοντα μία δρ. τρεῖς ὀβ.*). *Ἐφημ.* VI 3351 ( = C. I. A.

---

[1]) activum *μαντεύω* usurpant Xenophon Ephes. I 7: *ἐφόβει δ' αὐτὸν οὐδὲν τὰ μεμαντευμένα*, et Pseudo-Plut. de proverbiis quibus Alexandrini utebantur 9 (in Leutschii corp. paroemiogr. Gr. I p. 322): *Βοιωτοῖς μαντεύσειας*.

[2]) cf. Gaisfordi praef. ad Et. M. p. 4 sqq.

[3]) cf. Boeckhium in oec. publ. Athen. II p. 120—121.

II 741 c 8): ἐκ Πα]ναθηναίων παρὰ ἱερο[ποιῶν. Utrumque testimonium ad minora Panathenaea spectat. Hoc autem in festo magnas partes sacrificulos egisse ex hisce titulis elucet:

1. C. I. A. I 9 in titulo Cimonis aetate exarato officia eorum memorantur perficienda in maioribus Panathenaeis. si quidem recte vs. 2 ex Kirchhoffi supplementis legitur [Ἐρυθραί]ους ἀπάγειν - - ἐς Παναθήναια τὰ μεγάλα - - - - τριῶν μνῶν· καὶ νέμειν Ἐρυθραίων [τ]ο[ῖ]ς παροῦσι [τῶν κρεῶν τ]οὺς ἱεροπο[ι]οὺς δραχμὴν ἑκάστῳ.

2. C. I. A. I 188 (Olymp. 93,2 = a. Chr. n. 40 7/6): Ἐπὶ τῆς Αἰγηΐδος δευτέρας πρυτανευούσης ἀθλοθέταις παρεδ[ό]θη εἰς Παναθήναια τὰ μεγάλα Φίλωνι Κυδαθηναιεῖ καὶ συνάρχουσιν, Ἀθηναίας Πολιάδος (πέντε τάλαντα χίλιαι δρ.), ἱεροποιοῖς κατ' [ἐ]νιαυτόν, Διΐλλῳ Ἐρχιεῖ καὶ συνάρχουσιν εἰς τὴν ἑκατόμβην (πεντακισχίλιαι ἑκατὸν τετταρεσκαίδεκα). Quam hecatombam ad Panathenaea maiora in antecedente versu commemorata esse referendam recte vidit Boeckhius (oec. publ. Athen. II p. 9). Etenim si ad alia sacra anniversaria eodem mense quo illa celebrata spectaret, ea sacra ipsa expressis verbis allata esse expectaremus. Addas quod athlothetae operam non dant nisi certaminibus in Panathenaeis instituendis [1]).

3. Testimonium gravissimum est C. I. A. II 163 (= Rangabé ant. hell. II 814, Le Bas Attique n. 401, Ussing inscr. Gr. ined. n. 54, Ἐφημ. 1064, Michaelis de Parthenone p. 332). qui titulus Lycurgo reditus publicos administrante conscriptus est (cf. Koehleri adn.). Quamquam utrum ad Panathenaea maiora an ad minora referendus sit, inter se dissentiunt viri docti. Atque plurimi eorum ut Boeckhius, Koehlerus, Hermannus (antiquit. relig. § 54, 11), Rangabis alii minora intellegunt inde quod vs. 31 scriptum est τοὺς δὲ ἱεροποιοὺς τοὺς διοι[κοῦντας τ]ὰ Παναθήναια τὰ κατ' ἐνιαυτόν: contra Michaelis ipsum additamentum τοὺς διοι[κοῦντας τ]ὰ Παναθήναια τὰ κατ' ἐνιαυτόν otiosum esse si minora intellegamus contendit.

[1]) Pollux VI 93 ἀθλοθέται — δοκιμασθέντες δὲ ἄρχουσιν ἔτη τέτταρα ἐπὶ τῷ διαθεῖναι τὰ Παναθήναια, τόν τε μουσικὸν καὶ τὸν γυμνικὸν καὶ τὴν ἱπποδρομίαν.

At parum favent huic opinioni verba quae sunt in prioribus decreti versibus [*ὅπως ἂν - - - εὐ*]*σ*[*εβ*]*ῶς κα*[*ὶ*] - - - - *κατ' ἐνιαυτὸν κ*[*αὶ τελεσθῇ ἡ πομπὴ π*]*αρεσκε*[*υασμ*]*ένη ὡς ἄριστα τῇ Ἀ*[*θηνᾷ καθ' ἕκαστο*]*ν τὸν ἐνιαυτὸν ὑπὲρ τοῦ δήμου τοῦ Ἀ*[*θηναίων καὶ τἆλ*]*λα ὅσα δεῖ διοικῆται περὶ τὴν ἑορτὴ*[*ν τὴν ἀγομένην τ*]*ῇ θεῷ καλῶς ὑπὸ τῶν ἱεροποιῶν εἰς* [*τὸν ἀεὶ χρόνον?, ἐ*]*ψηφίσθαι τῷ δήμῳ κ. τ. λ.* unde ea quae in sequentibus constituta sint nisi ad Panathenaea quotannis sollemniter agenda non esse revocanda apparet.

Atqui his titulis prorsus oppositum esse videtur testimonium quod ex Aristotele se sumpsisse affirmant auctores lexicorum: *θυσίας τὰς νομιζομένας ἐπιτελοῦσι καὶ τὰς πενταετηρίδας ἁπάσας διοικοῦσι πλὴν Παναθηναίων.* Quaeritur igitur, qui factum sit, ut aliud doceant secundum Aristotelem lexica, aliud ipsi tituli. Qua in re frustra fuerit qui coniecerit ita probanda esse lexicorum verba ut ad maiora Panathenaea referantur, quippe cum illae inscriptiones saeculi quarti omnes ad minora Panathenaea spectent. Id enim cum casui potius tribuendum videtur, tum adeo inter se seiungenda non sunt maiora et minora quae dicuntur Panathenaea. Immo maiora praeterquam quod quinto quoque anno cum certaminum apparatu atque maiore et splendore et magnificentia celebrabantur ab annuis non diversa erant[1]). Qua de re apte disseruit Mommsenius in heortol. p. 118 qui sacrificulos suo munere etiam in maioribus sacris functos esse, sed ab ipsis quinquennalibus sollemnibus moderandis alienos fuisse statuit: certe ad certamina quae nisi in maioribus non celebrabantur eorum officia non pertinebant. Quamquam hac interpretandi ratione offensio non tollitur quae inest in verbis *καὶ τὰς πενταετηρίδας ἁπάσας διοικοῦσι πλὴν Παναθηναίων.*

Equidem nescio an alio modo ea tolli possit. Constat enim verba illa Etymologici M. ex Photio nondum in brevius contracto manasse[2]). Photius vero vel eius interpolator

[1]) Mommsen heortol. p. 117, Schoemann antiquit. Gr. II p. 471 adn. 1.

[2]) cf. Stojentin de Iulii Pollucis in publ. Athen. antiquit. enarrandis auctoritate p. 36 adn. 43.

nescio quis — nam multa post Photium in lexico eius ex aliis scriptoribus addita mutatave esse nemo negat — loco Aristoteleo exscripto suo arbitrio verba πλὴν Παναθηναίων addidit, nempe ex comparatione loci Pollucis VIII 107 ubi Panathenaea non afferuntur: ἱεροποιοί· δέκα ὄντες οὗτοι ἔθυον θυσίας τὰς πεντετηρίδας, τὴν εἰς Δῆλον, τὴν ἐν Βραυρῶνι, τὴν τῶν Ἡρακλείων, τὴν Ἐλευσῖνι. Itaque Aristotelem nihil nisi καὶ τὰς πενταετηρίδας ἁπάσας διοικοῦσι scripsisse opinor, Pollucis auctorem haec interpretaturum aut per imprudentiam Panathenaea omisisse aut sola ea quinquennalia enumerare voluisse quae ex urbe rus vel peregre deduci solita sint (de Heracleis cf. quae infra p. 41 sq. disputabimus.

β) Asclepiea: Boeckh. oec. publ. Athen. II tit. VIII (C. I. A. II 741 a 14) Ἐξ Ἀσκληπιείων πα[ρὰ] ἱεροποιῶν (διακόσιαι ἐνενήκοντα μία).

ibid. VIII b (C. I. A. II 741 b 8) [Ἐξ Ἀσκληπι]είων πα[ρὰ ἱεροποιῶν] (διακόσιαι . . . .)

γ) Bendidea: ibid. VIII (C. I. A. II 741 a 22) Ἐγ Βεν[δ]ιδέων παρὰ ἱεροποι[ῶν]· (τετρακόσιαι πεντήκοντα ἑπτά), VIII b (C. I. A. l. c. b 16) [Ἐγ Βενδιδ]έων παρὰ ἱε[ροποιῶν·] — —

δ) sacra Bonae Fortunae facta: ibid. VIII (C. I. A. II 741 a 12): Ἐκ τῆς θυσίας τῆ[ι Ἀγαθ]ῇ Τύ[χῃ παρὰ] ἱεροποιῶν· (ἑκατὸν ἑξήκοντα . . .). VIII b (C. I. A. II 741 b 6): [Ἐκ τῆς θυσ]ίας τῇ Ἀγαθῇ Τύχη[ι παρὰ ἱεροποιῶν·] (ἑκατὸν μία δρ. τρεῖς ὀβ.).

Hinc probabile fit quod Koehlerus in inscriptione ab ipso in Herma I p. 312 sqq. edita supplevit vs. 15—17 (p. 316) θύσασθαι δὲ καὶ τῇ Ἀγαθῇ Τύχῃ [τοὺς ἱεροποιοὺς μετὰ τῶν ἐπι]στατῶν τοῦ ἱεροῦ τῆς Ἀγαθῆς Τ[ύχης] κ. τ. λ. Nam ea ipsa quoque ad Lycurgi administrationem spectat. In eodem autem titulo vs. 8—9 num sacrificuli memorati fuerint qui sacra Iovi Servatori et Iovi Olympio peregerint, incertum est (cf. quae in parte I cap. II de tit. Rangab. II 794 diximus).

His festis adicienda sunt

ε) sacra Theseo oblata: quorum curam sacrificulos habuisse satis perspicue significatur tit. Rangab. II 1059 (cf. Mommsen heortol. p. 284) ἱεροποιοὶ ἀνέθεσαν τῷ Θησεῖ ἐπὶ

*Λυκίσκου ἄρχοντος ἐπαινεθέντες καὶ στεφανωθέντες ὑπὸ τοῦ δήμου τοῦ Ἀθηναίων δικαιοσύνης ἕνεκα.* Inde non dubito quin recte C. I. A. II 741 c 13 a Koehlero insertum sit [*Ἐκ Θησ*]*έων παρὰ* [*ἱεροποιῶ*]*ν* (*χίλιαι ἑκατὸν ὀγδοήκοντα τρεῖς* --), idemque ib. d 6 supplendum sit *Ἐκ Θησέων* [*παρὰ ἱεροποιῶν.*]

ζ) Quinquennalia sacra ab *ἱεροποιοῖς* procurata enumerat Pollux VIII 107, quem locum supra p. 6 exscripsi. De his fusius verba facienda sunt. Atque ultima verba *τὴν Ἐλευσῖνι* minime ad magna mysteria utpote quae annua fuerint referenda esse recte exponit Mommsenius in heortol. p. 243. Idem inde agnoscitur quod reliquis quae enumerantur sacris quinquennalibus auctoritas erat illorum auctoritate multo inferior. Iam Procrosia, quae ipsa quoque Eleusine celebrabantur, statuenda esse probabiliter opinantur Mommsenius ibid. p. 219 adn. 243 eumque secutus Stoientinius de Iulii Pollucis in publ. Athen. ant. enarrand. auctoritate p. 36. Atque Mommsenius haec sacra cum eodem modo quo Delia primitus quotannis acta sint paullatim quinquennalia facta esse coniectat. Neque a vero mihi abhorrere videtur hoc die festo immolasse sacrificulos eas hostias quibus reducendis ephebos Atticos operam dedisse docent titt. C. I. A. II 471 vs. 9—10, 467 vs. 28.

Sacra *τῶν Ἡρακλείων* in Heracleo Marathonio facta esse post Corsinium fast. Attic. II p. 336 arbitratur Lenormantius recherch. archéol. à Eleusis p. 280 eam ob rem, quia in inscriptione Marathone reperta *ἱεροποιοί* leguntur:

...... *καὶ Δικαίου*
*ὁ δεῖνα*| *Ἰσοκλείδου* ........
*ὁ δεῖνα*| ...... *νος Τρικορύσιος*
*ὁ δεῖνα Ἀνδ*|*οκίδου* (?) *Μαραθώνι*|*ος*
*ὁ δεῖνα*] .... *σάλου Οἰναιήσιο*[*ς*
.... *τοὺς*] *ἱεροποιοὺς* [*καὶ Παν*]*ἑλλ*[*ηνας*] *νικα* ...

Sed cum versu altero vocem *ΠΡΟΒΑΛΙΣΙΟΣ* supplendam esse credibile sit ex Lenormanti opinione, hominum quattuor demotica hic extant quae ad pagos tetrapolis Atticae pertinent. Quos suos sacrificulos habuisse iam constat ex tit. Mitth. III p. 261: qui iidem quin hoc in

documento intellegendi sint, non publici Atheniensium, dubitare non licet. Nihilo minus autem mihi veri non prorsus dissimile esse videtur sacrificulos Athenienses Heraclea Marathone curasse, quoniam ibi summa Herculis sacra eaque cum armorum certaminibus coniuncta [1]) fieri solebant, neque alia nisi extra urbem acta quinquennalia locus Polluceus exhibet. Quae sacra praeter illa a tetrapolitarum sacrificulis instituta publice fieri statuendum est.

Denique sacra Brauronem et Delum quinto quoque anno deducenda curant, de quibus cf. Mommsen heortol. p. 409. 415. Hermann antiquit. relig. § 62, 18. O. Mueller Orchomenos I² p. 303 adn.

*η*) Eleusinia sacra a sacrificulis Eleusiniis administrata: *Ἐφημ.* VI 3451 = C. I. A. II 741 c 9 *Ἐξ Ἐλε]υσινίων παρὰ ἱεροποιῶ[ν.* Ib. d 1 sq. [*Ἐξ Ἐλευσινίων παρὰ*] *ἱεροπ[οιῶν·]* [2]).

*ϑ*) Eumenidum sacra quorum curam proprii earum sacrificuli habent. De his cf. p. 47.

Accuratius nunc describenda sunt

Singula sacrificulorum officia.

De his nonnulla quidem certi festi ratione non habita lexicorum auctores tradunt. Secundum illos non tantum hostias sacrificant in sacrificiis, verum etiam omina petunt una cum vatibus ex immolatarum hostiarum extis: Et. M. l. c. *κἄν τι καλλιερῆσαι δέῃ καλλιεροῦσι μετὰ τῶν μάντεων.* Quam ad rem illustrandam idoneum est testimonium de sacrificulis Myconiis *Ἀϑήν.* II p. 237 vs. 20 *ἐὰν δέ τι δέῃ καλλιερεῖν, ἱεροποιοὶ διδόντων.* Quapropter ne Athenis quidem quin simile eorum officium aliquatenus extiterit dubitandi causa est. Accuratius idem persequuntur scholiastae, cum dicunt sacrificulos custodire vatum sacrificia atque

[1]) C. Fr. Hermann antiquit. relig. § 62, 21—22.

[2]) In eiusdem tituli fr. b v. 20 [*Ἐκ . . . . . . . . ω]ν π[αρὰ ἱ]εροπο[ιῶν]* qualia sacra lateant mensis Scirophorionis, incertum est. Ib. v. 4 [*Ἐγ Διονυσίω]ν τῶν ἐπὶ Ληναίῳ [παρὰ] . . . . . . . . . (ἑκατὸν ἕξ)* Rangabis (II 842) ponere vult [*παρὰ ἱεροποιῶν*], quod supplementum lacunae convenire concedendum est. Sed recte iudicavit Boeckhius requirendum *μυστηρίων ἐπιμελητῶν,* quippe quos in titulo antecedente (a 10) ex Lenaeis *τὸ δερματικόν* contulisse videamus. Mihi nihil supplendum videtur nisi *ἐπιμελητῶν.*

cavere ne quid illi in sacrificiis contra ritus sacros committant: schol. Dem. c. Mid. § 115 *ἱεροποιὸν δὲ καλοῦσι τὸν ἐποπτεύοντα τοὺς μάντεις ὅτε θύουσι μή πού τι κακουργῶσιν ἐν ταῖς θυσίαις*. Schol. eiusdem orationis § 171 *ἱεροποιὸν τὸν ἐπισκοποῦντα τὰ θύματα μὴ ἀδόκιμα καὶ πηρά*. Quod etsi per se non absonum est, tamen cum neque ab ullo alio veterum auctore tradatur neque titulis significetur, huic testimonio non nimiam fidem tribuo.

In ipsis sacrificiis quibus officiis sacrificuli functi sint abunde demonstrant tituli.

1. decem civitatis sacrificuli.

Eorum ad singula officia agnoscenda plurimum valet titulus Panathenaicus C. I. A. II 163, pauca praebet C. I. A. I 9.

a) hostias emunt una cum boonis publica pecunia C. I. A. II 163 vs. 16 sqq. *ἀ]πὸ δὲ τῶν τε[τταρ]άκοντα μνῶν καὶ τῆς μι[ᾶς τῶν ἐκ τῆς μ]ισθώσεως τῆς νέας βοωνήσαντες οἱ ἱερ[οποιοὶ μετὰ τ]ῶν βοωνῶν κ. τ. λ.* De communi hoc sacrificulorum et boonarum negotio cf. Dem. c. Mid. § 171 *ὑμεῖς γάρ, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ἐχειροτονήσατε τοῦτον — καὶ μυστηρίων ἐπιμελητὴν καὶ ἱεροποιόν ποτε καὶ βοώνην καὶ τὰ τοιαῦτα δή* et quae infra sub e) proferemus.

b) pompam ducunt atque ritibus diei festi noctu agendis praesunt. Dem. Phil. I § 26 *οἱ λοιποὶ* (sc. *στρατηγοὶ καὶ ταξίαρχοι*) *τὰς πομπὰς πέμπουσιν ὑμῖν μετὰ τῶν ἱεροποιῶν*; tituli II 163 vs. 1 sqq. *[ὅπως ἂν - - - εὐ]σ[εβ]ῶς κα[ὶ] - - - - κατ᾽ ἐνιαυτὸν κ[αὶ τελεσθῇ ἡ πομπὴ π]αρεσκε[υασμ]ένη ὡς ἄριστα τῇ Ἀ[θηνᾷ καθ᾽ ἕκαστο]ν τὸν ἐνιαυτὸν — ὑπὸ τῶν ἱεροποιῶν*; vs. 17 sqq. *βοωνήσαντες οἱ ἱερ[οποιοὶ μετὰ τ]ῶν βοωνῶν πέμψαντες τὴν πομπὴν τῇ θε[ῷ κ. τ. λ.* Denique versus finem haec illis mandantur: *τοὺς δὲ ἱεροποιοὺς τοὺς διοι[κοῦντας τ]ὰ Παναθήναια τὰ κατ᾽ ἐνιαυτὸν ποεῖν τὴν πα[ννυχίδα] ὡς καλλίστην τῇ θεῷ καὶ τὴν πομπὴν πέμπε[ιν ἅμα ἡ]λίῳ ἀνιόντι κ. τ. λ.* Proinde, ut de aliis taceam, saltationes, quae magnam *παννυχίδος* partem efficiunt, instituenda curant, cf. Athen. XV. 7 *παννυχίδες ἐν αἷς πλεῖστον ὅσον χρόνον διηγρύπνουν χορεύοντες* (de ceteris sollemnibus cf. Mommsen heortol. p. 169 sqq.).

c) cum alia sacra perficiunt, tum hecatombam immolant. Primum enim duo sacrificia peragunt, alterum Minervae Hygieae, alterum ni fallimur in Areopago: vs. 8 sqq. *θ]ύειν δὲ τοὺς ἱεροποιοὺς τὰς μὲν δύο [θυσίας τήν τε τῇ] Ἀθηνᾷ τῇ Ὑγιείᾳ καὶ τὴν ἐν τῷ Ἀρ . . . . . . . . . . . μένην καθάπερ πρότερον.* Lacunam parum apte explevit Ussingius *ἀρ[χαίῳ νεῷ θυο]μένην* vel *Ἀρ[τεμισίῳ γενο]μένην.* Michaelis de Minerva Area cogitavit. Praestat sine dubio quod Rangabis proposuit: *τὴν ἐν τῷ Ἀρ[είῳ πάγῳ τελου]μένην.* Quamquam hac de re diiudicare cum testimonia deficiant satis difficile est[1]).

Deinde hecatombam boum sacrificant in magna Minervae Poliadis ara, nisi quod bovem unam forma eximiam in ara Minervae Victoriae immolant: *θυόντων τα]ύτας τὰς βοῦς ἁπάσας ἐπὶ τῷ βωμῷ τῆς [Ἀθηνᾶς τῷ με]γάλῳ, μίαν δὲ ἐπὶ τῷ τῆς Νίκης προκρί[ναντες ἐκ τῶν] καλλιστευουσῶν βοῶν καὶ θύσαντες τῇ[ι Ἀθηνᾷ τῇ] Πολιάδι καὶ τῇ Ἀθηνᾷ τῇ Νίκῃ ἁπασῶ[ν τῶν βοῶν τῶ]ν ἀπὸ τῶν τετταράκοντα μνῶν καὶ μιᾶς ἐω[νημένων κ. τ. λ.* Adduntur quae ad eandem curam pertinent vs. 28 sqq. *εἰς δὲ τὰ μι]σθώματα τῆς πομπῆς καὶ τὸ μαγειρικὸν κα[ὶ κόσμησιν] τοῦ βωμοῦ τοῦ μεγάλου καὶ τἆλλα ὅσα προσ[δεῖ . . . . . .]εῖσθαι περὶ τὴν ἑορτὴν καὶ εἰς παννυχίδα [διδόναι] (πεντήκοντα) δραχμάς.* Certe mea quidem sententia haec omnia ad sacrificulorum munia pertinent, cf. verba antecedentia *ὅπως — καὶ τἄλ]λα ὅσα δεῖ διοικῆται περὶ τὴν ἑορτή[ν —.* Post verbum *προσ[δεῖ* positum fuisse suspicor *ἐπιμελ]εῖσθαι* (non *ἐπιτελ]εῖσθαι* quod vult Rangabis), quod verbum sescenties de festis administrandis in titulis usurpatur. Koehlerus ante *ΕΙ* scriptam fuisse videri *Ω* litteram testatur, ex qua nullo negotio *Λ* efficitur.

De sacrificiis quae alter titulus I 9 praescripserit, non iam intellegitur cuius generis fuerint.

d) *κρεανομίαν* quae vocatur curant. Iubentur enim praecipua ex hostiis Minervae Hygieae et in Areopago immolatis distribuere magistratuum collegiis iis quibus ne-

[1]) Sacrorum Minervae in Areopago factorum vestigia quaedam licet incerta notavit Iosephus Starker de nomophylacibus Atheniensium diss. Vratislav. 1880 p. 16 sqq.

gotia sacra in illo festo efficienda sunt — quorum in numero ipsi sacrificuli recensentur — iisque quibus aliquae in pompa ducenda partes tribuuntur aliis: *νείμαντ|ας τοῖς πρυτάν|εσιν πέντε μερίδας καὶ τοῖς ἐννέα ἄρ|χουσιν . . . . .| καὶ ταμίαις τῆς θεοῦ μίαν καὶ τοῖς ἱερ|οποιοῖς μίαν| καὶ τοῖς στ[ρατ]η-γοῖς καὶ τοῖς ταξιάρχ[οις . . . . . καὶ τ]οῖς πομπ[εῦσι]ν τοῖς Ἀθηναίοις καὶ τα|ῖς κανηφόροι|ς κατὰ (τὰ) εἰω[θότα], τὰ δὲ ἄλλα κρέα Ἀθηναίο|ις μερίζειν.* Rangabis *νείμαντ[ας τοῖς μάντ]εσιν* supplevit ex Et. M. p. 469; sed vates ipse ordo magistratuum respuit. Comprobandum haud dubie quod Schoellius in Herma VI p. 50 adn. 1 suppeditavit et Koehlerus recepit: *τοῖς πρυτάν]εσιν*. Numerum praecipuarum partium archontibus tributarum *τρεῖς* fuisse iam Rangabis recte statuit. Refutandum vero quod idem post *ταξιάρχοις* supplevit *μίαν*, ut taceam huic voci lacunae spatium non convenire; hoc quoque loco coniunctis denorum strategorum et taxiarchorum collegiis *τρεῖς* aptum esse existimo. Praeterea populo Atheniensium ex hecatomba peracta *κρεανομίαν* instituunt eamque ita ut certo numero paganorum ex uno quoque pago electo viritim distribuant carnem: *νεμ]όντων τὰ κρέα τῷ δήμῳ τῷ Ἀθηναίων ἐν [Κεραμεικῷ]ι καθάπερ ἐν ταῖς ἄλλαις κρεανομίαις· ἀ[πονέμειν δὲ] τὰς μερίδας εἰς τὸν δῆμον ἕκαστον κατὰ [ἄνδρα νέμον]τας ὁπόσους ἂν παρέχῃ ὁ δῆμος ἕκαστος.* Huic rei finitimum est quod altero titulo I 9 docemur: ubi praeter pretium hostiarum quas paraverant Erythraeorum legatis carnem suppeditant: *καὶ νέμειν Ἐρυθραίων [τ]ο[ῖ]ς παροῦσι [τῶν κρεῶν τ]οὺς ἱεροπο[ι]οὺς δραχμὴν ἑκάστῳ* et *τῶν δὲ κ]ρεῶν - - - [νέμει]ν τῷ βουλομένῳ*[1]. Ceterum conferenda quae infra de Naucratitarum epulis sacris a sacrificulo curatis memorabuntur p. 50.

e) sacrificiis perpetratis *ἱεροποιοί* pelles hostiarum vendunt, pecuniam inde redactam in publicum aerarium referunt. cf. titt. supra p. 37 sqq. allatos qui *δερματικά* recensent. Hoc

[1]) Cf. decretum pagi Plothensium C. I. A. II 570 vs. 33 sqq. [*καὶ ε]ς τὰ ἱερὰ τὰ κοινὰ ἐν ὅσοισιν ἑ[στιῶν]ται Πλωθῆς οἶνον παρέχειν ἤδε[ν ἐκ τοῦ] κοινοῦ εἰς μὲν τἆλλα ἱερὰ μέχρ[ι . . . . . ἑ]κάστῳ τοῖς παροῦσι Πλωθ[έων κ. τ. λ.*

observatione dignum est similibus officiis functos esse cum alios magistratus (veluti *συλλογεῖς τοῦ δήμου*[1]) et *ἐπιμεληταί*) tum boonas. Quin etiam iisdem sacris, Aslepieis dico, modo hi modo illi id munus curant; cf. *Ἐφημ.* VI 3451 = C. I. A. II 741 c 12 *ἐξ Ἀσκλ]ηπιείων παρὰ βοωνῶν X.*

2. *ἱεροποιοί* praeter illos publici.

a) Eleusinii.

Ad sacrificia Eleusiniorum pertinet tit. C. I. A. I 5 vs. 2 - - *ν τοὺς ἱεροποιοὺς Ἐλευσινίων καὶ* - - 3. *Ἑκάτ]η*[2]), *Ἑρμῇ Ἐναγωνίῳ, Χάρισιν αἶγα* - - 4. - - *ν, Ἀρτέμιδι αἶγα, Τελεσιδρόμῳ*[3]) *Τρι[πτολέμῳ* - - 5. - - *Ἰάκ]χῳ Θεοῖν τριττόαν βούαρχον ἐν τῇ ἑορ[τῇ]*. Ubi perperam Lenormantium rech. archéol. à Eleus. p. 87 intellexisse sacra illa quinquennalia a Polluce enumerata eaque a decem civitatis sacrificulis Eleusine facta non opus est multis demonstrare. Immo accuratius hac in inscriptione definiuntur sacra ab Eleusiniis sacrificulis deis heroibusque Eleusiniis oblata. Vs. 2 post particulam *καί* Lenormantius l. c. p. 75—76 [*Δηλίων*] inseruit. Quod merito improbat Mommsenius in heortol. p. 242: quid enim in inscriptione Eleusinia sibi velint sacrificuli qui sacra Delia curant frustra quaeras. Nec vero minus refutandum censeo quod ipse Mommsenius supplevit [*Ἀθηναίων*], qua voce significari voluit sacrificulos qui simul et pro Eleusiniis et pro Atheniensibus rebus divinis operam dant. Nempe suos *ἱεροποιούς* Athenienses ad mysteria curanda instituere vidimus ex Bull. de corr. hell. V. p. 361 *τοὺς ἱεροποιοὺς τοὺς τὰ μυστήρια ἱεροποιήσαντας Ἐλευσῖν[ι]*. Ante omnia sacrificandi notionem (*θύειν*) loco de quo agitur positam fuisse expectamus. Ceterum summum sacrificium Deae utrique et Iaccho faciendum ultimo loco positum esse trium hostiarum quarum prima bos est, viros doctos non fugit

[1]) Cf. Boeckh. C. I. G. I p. 138, Mommsen heortol. p. 414, Froehner les inscr. Gr. (Mus. nat. du Louvre) ad tit. n. 99, Koehler Mittheil. d. arch. Instit. VII p. 105.

[2]) Cf. Robert in comm. Mommsenianis p. 147.

[3]) Cf. quod de nominis significatione coniecit Lenormant rech. archéol. à Eleusis p. 78.

(de significatione verborum *τριττόαν βούαρχον* v. Lenormant. l. c. p. 81 sqq.).

Similiter in altero titulo Eleusinio Bull. IV p. 226 sqq. ex primitiis sacra parare iubentur sacrificuli partim eisdem partim aliis deis heroibusque vs. 36 sqq. *θύειν δὲ ἀπὸ μὲν τοῦ πελάνου καθ' ὅτι ἂν Εὐμολπίδαι ἐ[ξη]γή[σω]νται, τρίττοιαν δὲ βούαρχον χρυσόκερων τοῖν Θεοῖν ἑκα[τέρᾳ ἀ]πὸ τῶν κριθῶν καὶ τῶν πυρῶν καὶ τῷ Τριπτολέμῳ καὶ τῷ Θεῷ καὶ τῇ Θεᾷ καὶ τῷ Εὐβούλῳ ἱερεῖον ἑκάστῳ τέλειον καὶ τῇ Ἀθηναίᾳ βοῦν χρυσόκερων*, unde simul apparet editores alterius tituli vs. 4 recte nomen *Τρι[πτολέμῳ]* restituisse.

Denique eiusdem generis sacra praescribuntur C. I. A. I 533 B (534) vs. 2 *Κηρύ[κ]οιν]* vs. 3 - - *ου Ἐλευσιν* - - vs. 4 *Οἰνόησι Ἀρτ[έμιδι* vs. 5 *τριττό[αν] β[ούαρχον]* vs. 7 *ἱερέα* vel *ἱερεῖ Ἀπόλλ[ωνος* vs 8—9 *Δήμ[ητρι] τρ[ιττόαν] βού[α]ρχο[ν]*, vs. 10 *Ἀθηναίᾳ οἶ[ν* - - - quae ipsa quoque ad Eleusinios sacrificulos pertinere existimo.

b) Eumenidum sacrificuli.

De eorum sacrificandi cura singulare est quod legimus apud Dem. c. Mid. § 115 *περιεῖδε δὲ ταῖς Σεμναῖς Θεαῖς· ἱεροποιὸν αἱρεθέντα ἐξ Ἀθηναίων ἁπάντων τρίτον αὐτὸν καὶ καταρξάμενον τῶν ἱερῶν*. Auspicabantur igitur sacra i. e. eas faciebant caerimonias quae sacrificiis ipsis antecedebant: veluti pilos ab hostiae capite detondebant atque iis qui rebus divinis intererant distribuebant, ut in ignem inicerent. De aliis eiusmodi ritibus cf. Hom. Od. γ 444—445 *γέρων δ' ἱππηλάτα Νέστωρ χέρνιβά τ' οὐλοχύτας τε κατήρχετο* et Hesych. s. v. *οὐλοχύτα· τὰ κατάργματα*. Qualia negotia auspicandi causa perpetrata de solis Eumenidum sacrificulis diserte memorantur. Quamquam praeter haec ab iisdem ipsa quoque sacra peragi solita esse facile statuas.

c) Sacrificuli extraordinarii

a senatu ut fausta rei publicae procurent electi *Ἀθήν.* VI p. 482 n. 3 sacra aliasque res divinas (*ἱερὰ καὶ θυσίας*) una cum sacerdotibus faciunt in salutem senatus populique Atheniensium Baccho potissimum, praeterea Neptuno Mari-

timo, Iovi Servatori, Iovi Ammoni. Atque in initio legimus *ὁ ἱερεὺ[ς] τοῦ Διονύ[σου . . . . . καὶ οἱ ἱεροποι]οὶ οἱ αἱρε[θ]έντε[ς ὑπὸ τῆς βουλῆς ὑπὲρ τῶν ἱερῶν ὧν ἔ]θυον τῷ Διονύσῳ καὶ [τοῖς ἄλλοις θεοῖς οἷς προσ]ῆκε θύειν ὑπὲρ τῆς βουλῆς κα[ὶ τοῦ δήμου τοῦ Ἀθηναί]ων*, vs. 22 sqq. *ἐπ[ε]ιδὴ δὲ οἱ ἱεροποιοὶ οἱ αἱρεθέντες ὑπὸ τῆς βουλῆς καλῶ[ς] καὶ φιλοτίμω[ς] ἐπεμελήθη[σα]ν τῆς ΤΕΝΤΩΓ . Ι . . ς τῶν ἱερῶν καὶ τῶν θ[υ]σιῶν . . . . Ο . . καὶ . . . . . . . . . . ΗΡΙΩΝ καὶ [τ]ἄλλα τὰ περὶ τὴν Ι . . . . Μ . . . ΙΩΙΩ . . . . . . . . . ΤΑΙ ἐπιμ[εμ]έληνται κ. τ. λ.* [1])

Sacrificia extraordinaria quae sacrificuli cum senatus quaestore procurant notantur C. I. A. II 329 in decreto altero — *καὶ ταμίας αἱρεθεὶς ὑπὸ τῆς βουλῆς εἴς τε τὰ[ς] θυσίας τοῖς . . . . . . . . . . . . σιν μεμέρικεν τοῖς ἱεροποιοῖς.* In sequentibus unus versus excidit ex Boeckhii sententia, qui haec restituit: *καὶ αὐτὸς συνεπιμε[μέ]λ[η]τα[ι], ὡς τὰ τῶν πα[τρίων θεῶν - - - - πά]σας τὰς θυσίας ἔθυσεν κ. τ. λ.*

## II. Sacra pagorum et collegiorum.

Pagi Aexonae sacrificuli Iuventati aliisque quibus iubentur deis sacra offerunt C. I. A. II 581 *ἐπειδὴ οἱ λαχόντες ἱεροποιοὶ εἰς τὸ τῆς Ἥβης ἱερὸν δικαίως καὶ φιλοτίμως ἐπε[μ]ελήθησαν τῆς θυσίας τῇ Ἥβῃ καὶ τοῖς ἄλλοις θεοῖς οἷς ἔδει αὐτοὺς θῦσαι κ. τ. λ.*

C. I. A. I (IV) 2 Scambonidarum curatores sacrorum cum aliis officiis quae ad sacrificia spectant funguntur tum ipsam *κρεανομίαν*, ni fallor, administrant: Pars C vs. 16 *σῦν θή[λειαν]*, vs. 18 sqq. *[τ]ὰ [δὲ] κρέα ἀπο[λοῦσθ]α[ι] ὠμά.* Pars A vs. 3 *- - νέμειν δ[ὲ - - μέχρι ἡλ]ίου δύνοντος*, vs. 13 *- - τοῦ δημά[ρχου.* In sequentibus *- - ίαν* (fortasse *μίαν* sc. *μερίδα*) *διδόνα[ι - - ]ιείοις καὶ [Παναθ]ηναίοις νέμ[ειν ἐν ἀ]γορᾷ τῇ Σκ[αμβω]νιδῶν.* vs. 22 *- - ἡμι - -*

---

[1]) Huic titulo persimilis est alter apud Lenormant. rech. archéol. à Eleusis p. 64 sqq., ubi agitur de *ἐπιμεληταῖς τῶν μυστηρίων* qui ipsi quoque pro senatus populique salute in mysteriis quae *τὰ πρὸς Ἄγραν* dicuntur sacrificant. Facile apparet in eiusmodi sacris faciendis curatoribusque eorum creandis certas normas ab Atheniensibus observari.

(ἥμισυ?). Unde sacrificulos intellegendos esse non dubito, praesertim cum pari modo quo in Aexonensium decreto (C. I. A. II 581) de rationibus ab iis reddendis verba fiant in parte B vs. 1—12 - - - ἐπαγγελθῇ, καὶ τὰ κοιν[ὰ] τὰ Σκαμβωνιδῶν σώσω καὶ ἀποδώσω παρὰ τὸν εὔθυνον τὸ καθῆκον[1]).

De sacris ab ἱεροποιοῖς collegiorum sacrorum curatis multa extant testimonia (cf. Foucart associat. relig. chez les Gr., maxime p. 24. 28. 29.). Eius generis curationem habent

α) orgeonum sacrificuli C. I. A. II 610 vs. 17 *διδόναι δὲ [τοῖς ἱ]εροποιοῖς εἰς τὴν θυσίαν (δύο) δραχμὰς ἕκαστον τῶν ὀργεώνων οἷς μέτεστι [το]ῦ [ἱε]ροῦ τοῦ Θαργηλιῶνος πρὸ τῆς ἕκτης ἐπὶ δέκα.*

β) thiasotarum C. I. A. II 611 libationem faciunt (σπονδάς) vs. 37 *ἀναγορεύειν δὲ τόνδε τὸν στέφανον τοὺς ἱεροπο(ι)οὺς τοὺς ἀεὶ λαγχάνοντας ἱεροποεῖν μετὰ τὰς σπονδάς.* Thiasotarum Veneris Bull. de corr. hell. III p. 510 (tit. alter) vs. 28 *καὶ νῦν ἱεροποιὸς λ[αχ]ὼν μετὰ τῶν ἄλλων συνιεροποι[ῶ]ν ἀνὴρ ἀγαθὸς γέγονεν καὶ τὰς [θ]υσίας ἔθυσε τοῖς θεοῖς ἃς πάτ[ρ]ιον ἦν αὐτοῖς.* Ib. in decreto tertio vs. 45 sqq. *ἐπειδὴ Στέφανος ἱεροποιὸς γενόμενος εὖ ἐπεμελήθη τῆς θ[υ]σίας τῆς Ἀφροδίτης κ. τ. λ.*

γ) eranistarum C. I. A. II 616 vs. 22 sacris operantur Iovi Servatori, Herculi, Servatoribus: *τοὺς ἱεροποιοὺς τῷ Διῒ τῷ Σωτῆρι καὶ τῷ Ἡρακλεῖ καὶ τοῖς Σωτῆρσιν.*

δ) Sarapiastarum C. I. A. II 617 vs. 13 sqq. *ἀναγορεύειν [αὐ]τῶν τὰ ὀν[όματα τ]οὺς ἱεροποιοὺς ἀεὶ κα[θ' ἑ]κάστην θ[υσίαν μετ]ὰ τὰ ἱερά.*

### B) In aliis civitatibus.

1. Myconi: Ἀθήν. II p. 237 = Le Bas-Wadd. II (insul.) n. 1058 recensentur sacra publica singulis mensibus sollemniter facienda. Ubi primum quidem omnes quae ad ea curanda necessariae sunt res praeparant *ἱεροποιοί*, i. e.

---

[1]) Curam sacrorum aliis in Atheniensium pagis aliis magistratibus commissam fuisse testatur C. I. A. II 580, ubi *μεράρχαι* laudantur qui *καλῶς καὶ φιλοτίμως τῶν θυσιῶν ἐπεμελήθησαν.* De rationibus cf. II 570.

hostias sacra pecunia emunt, ligna, molam ad sacrificandum suppeditant; deinde sacrificia ipsa eos perpetrasse custodientibus archontibus et sacerdotibus (v. tituli verba infra exscripta), etiamsi diserte titulus non doceat, sumendum est. Proinde si opus est extispiciis uti, iidem quae necessaria sunt procurant: vs. 15 *Ληναιῶνος δεκάτῃ ΕΠΙΟΓΔΙ-Ι ὑπὲρ καρποῦ Δήμητρι ὗν ἐγκύμονα πρωτοτόκον, Κόρῃ κάπρον τέλεον, Διὶ Βουλεῖ χοῖρον· ταῦτα διδόντων ἱεροποιοὶ ἀπὸ τοῦ ἱεροῦ ἀργυρίου, καὶ ξύλα διδόντων καὶ ὀλάς· ἐπιμελέσθων δὲ τῶν ἱερῶν ὅπως [καλ]ὰ [ἦ]ι ἄρχοντες καὶ ἱερεῖς· ἐὰν δέ τι δέῃ καλλιερεῖν, ἱεροποιοὶ διδόντων· εἰς δὲ τὴν ἑορτὴν θυέτω Μυκονιάδων ἡ βουλο[μ]έ[νη] κ. τ. λ.* In sacris Baccho offerendis capri immolandi pretium dare — nam hanc vim verbo *τιμήν* tribuendam iudico — atque epularum ex carne populo comparandarum participes esse iidem iubentur vs. 26 *Βακχιῶνος δε[κά]τῃ ἐνδεκάδι Διονύσῳ Βακχεῖ χίμαρος καλλιστεύω[ν]· τὴν τιμὴν ἱεροποιοὶ διδόντων καὶ συνεστιάσθων, δ[αι]νύσθων δὲ αὐτοῦ.*

2. Naucratide similes eorum partes in epulis sacris diebus festis Vestae Bacchi Apollinis in prytaneo parandis fuisse notavit Hermeas in libro II de Apolline Gryneo apud Athenaeum IV p. 149 f: ubi ciborum generibus portionibusque singillatim descriptis additur *καὶ ὃς ἂν ἔξω τι τούτων ἱεροποιὸς παρασκευάσῃ, ὑπὸ τῶν τιμούχων ζημιοῦται.*

3. Camiri *ἱεροποιοί* omnes res sacras religionesque, quae quidem ad rem publicam spectant, administrant: Newton transact. of the royal soc. of lit. XI p. 435 *τοῦτοι δὲ* (sc. *κτοινᾶν* i. e. pagorum *μάστροι*) *συλλεγέσθων ἐν Καμίρῳ εἰς τὸ ἱερὸν τᾶς Ἀθαναίας, ὅκκα τοὶ ἱεροποιοὶ παραγέ[ν]ωνται, καὶ ἀθρεόντω τὰ ἱερὰ τὰ Καμιρέων [τὰ δαμο]τελῆ πάντα ....*

Idem existimandum est de Lindiorum sacrificulis. Ibi enim cum duo magistratuum sacerdotalium collegia habeantur, *ἱεροθύται* et *ἱεροποιοί*, atque illis curam *τῆς κοινῆς ἑστίας* commissam fuisse ex titulis appareat [1]), sacrificulorum fuisse publica sacra iussu civitatis curare iudicabimus.

1) Cf. Foucart inscr. ined. ins. Rhodi p. 71. Newton anc. gr. inscr. in the Br. Mus. II p. 134.

4. Tei in Ioniae urbe sacrificuli una cum sacerdotibus et magistratibus rebus divinis (*κατευχαῖς*, [*σπ*]*ονδαῖς*, *θυσίαις*) operantur in consecrando templo quod Attalus II rex Apollonidi matri aedificavit: Le Bas-Wadd. Asie min. n. 88 vs. 4 sqq. *τῶν δὲ θυσιῶν ἐπιμεληθῆναι τὸν ἱερέα [Ἀττάλου Εὐσεβοῦ]ς κα[ὶ] θεᾶς Ἀπολλωνίδος Εὐσεβοῦς καὶ τὴν ἱέρειαν αὐτῆς κα[ὶ βα]σιλίσσης Στρατονίκης καὶ τὸν πρύτανιν καὶ τοὺς ἱεροποιοὺς καὶ τὰς [ἄ]λλας συναρχίας. καὶ μετὰ τὸ συντελεσθῆναι τὰς κατευχὰς καὶ τὰς [σπ]ονδὰς καὶ τὰς θυσίας, ᾆσαι τοὺς ἐλευθέρους παῖδας παραβώμιον.*

5. Prorsus singulares sunt *ἱεροποιοί* feminini generis Cyzici in urbe quae dicuntur *ἱεροποιοὶ αἱ προσαγορευόμεναι θαλάσσιαι*, quippe quae adiutrices sacerdotum Matris Placianae (*αἱ συντελοῦσαι τοὺς κόσμους παρὰ τῇ Μητρὶ τῇ Πλακιανῇ*) imaginem deae in mari lavent. De quibus non habeo quod addam iis quae disputavit Marquardt in libro de Cyzico urbe p. 100 sqq.

Ex aliarum urbium titulis certi quidquam his de officiis enucleari nequit[1]): tamen a nullis civitatum Graecarum sacrificulis haec sacrificandi officia aliena fuisse, utpote quae muneris ex ipsius vocis notione propria sint, facile intellegitur.

## § 2.

## DE RERUM SACRARUM ADMINISTRATIONE.

### I. Athenis.

Administrationis sacrarum pecuniarum quae ad peculiares magistratus (*ταμίας τῶν ἱερῶν χρημάτων*) pertinet ipsi decem *ἱεροποιοὶ κατ᾽ ἐνιαυτόν* expertes sunt. Qui cum non certis deorum templis sed summis rei publicae festis sacrisque publice celebrandis destinati sint, populi iussu a quaestoribus rerum sacrarum Minervae pecuniam accipiunt, qua

[1]) Deliorum *ἱεροποιῶν* officia cum omnia fere ad administrandas pecunias sacras pertineant, eorundem sacrificia in tanta titulorum copia nunquam memorantur: nisi quod expensae ab eis in sacrificia factae recensentur: Bull. de corr. hell. VI p. 22 vs. 180 *τάδε ἀνήλωται* ..... *εἰς θυσίαν Ἀπόλλωνι, Ἀρτέμιδι, Λητοῖ, Διὶ Σωτῆρι, Ἀθηνᾷ Σωτείρᾳ* ..... *ξύλα ἐπὶ βωμούς, Πύθιον, ἱεροποιὸν* sim.

sumptus sacrificiorum sustineant. Exemplo est C. I. A. I 188, ubi vs. 5 sqq. summae pecuniarum recensentur in secunda prytania anni $407/6$ a. Chr. n. ad Panathenaea agenda et *ἀθλοθέταις* et *ἱεροποιοῖς* datae: *Ἐπὶ τῆς Αἰγηΐδος δευτέρας πρυτανευούσης ἀθλοθέταις παρεδ[ό]θη εἰς Παναθήναια τὰ μεγάλα, Φίλωνι Κυδαθηναιεῖ καὶ συνάρχουσιν Ἀθηναίας Πολιάδος (πέντε τάλαντα χίλιαι δρ.), ἱεροποιοῖς κατ' [ἐ]νιαυτόν, Διύλλῳ Ἐρχιεῖ καὶ συνάρχουσιν, εἰς τὴν ἑκατόμβην πεντακισχίλιαι ἑκατὸν τετταρεσκαίδεκα)*. Hanc pecuniam consumunt in emendis hostiis apparandisque sollemnibus, i. e. pompaducenda, aris deorum quibus sacra offerenda sunt ornandis, ministris qui ipsos in sacrificiis adiuvent instituendis (cf. C. I. A. II 163). Diebus festis peractis pecunias ex pellibus immolatarum hostiarum publice venditis paratas ad quaestores Minervae deferunt (cf. § 1), de pecuniis sibi commissis rationem populo reddunt. Verum praeter haec noli putare eorum custodiae pecuniam sacram administrandam commissam fuisse.

Contra templorum res sacras administrabant

1. *ἱεροποιοί* quorum officia certorum templorum curae certorumque deorum cultui destinantur.

Quod luculenter perspicitur ex tit. C. I. A I 32 (anni Ol. 86,2, a. Chr. n. $435/4$). Agitur de solvendo aere alieno a re publica singulorum praeter Minervam deorum templis debito. Quam ob rem prytanes et senatores indices rationum sacrae pecuniae in templis servatae petere iubentur a sacerdotibus, sacrificulis, aliis: *ἀποδόντων [δὲ τ]ὰ χρήματα οἱ πρυτάνεις μετὰ τῆς βουλῆς καὶ ἐξαλειφόντων, ἐπει[δὰν] ἀποδῶσιν, ζητήσαντες τά τε πινάκια καὶ τὰ γραμματεῖα καὶ ἐάμ π[ου ἄλ]λοθι ᾖ γεγραμμένα· ἀποφαινόντων δὲ τὰ γεγραμμένα οἵ τε ἱερ[ῆς κ]αὶ οἱ ἱεροποιοὶ καὶ εἴ τις ἄλλος οἶδεν.* Itaque singulorum deorum *ἱεροποιοί* intelleguntur pecuniae sacrae administratores (cf. infra), qui quae deorum templis debentur referunt in tabulas expensi et accepti. Iam pecuniis debitis redditis illo decreto qui usque adeo bona sacra administraverant in arce ea coram senatu accurate numerare et appendere iubentur novis quaestoribus tunc primum a populo creatis (*ταμίαι τῶν ἄλλων θεῶν*) qui illa recipiant, recepta in opi-

sthodomo deponant atque in futurum administrent vs. 13 sqq. *ταμίας δὲ ἀποκυαμεύει[ν το]ύτων τῶν χρημάτων, ὅταμπερ τὰς ἄλλας ἀρχάς, καθάπερ τοὺς τῶν ἱ[ερῶ]ν τῶν τῆς Ἀθηναίας· οὗτοι δὲ ταμιευόντων ἐμ πόλει ἐν τῷ ὀπισθ[οδό]μῳ τὰ τῶν θεῶν χρήματα κ. τ. λ. παρὰ δὲ τῶν νῦν ταμιῶν καὶ τῶν ἐπιστατῶν καὶ τῶν ἱεροποιῶν τῶν ἐν τοῖς ἱεροῖς, οἳ νῦν διαχειρίζου[σι]ν, ἀπαριθμησάσθων καὶ ἀποστησάσθων τὰ χρήματα ἐναντίον τῆς βουλ[ῆ]ς ἐμ πόλει καὶ παραδεξάσθων οἱ ταμίαι οἱ λαχόντες παρὰ τῶν νῦ[ν] ἀρχόντων κ. τ λ.* Unde manifestum est hoc sacrificulorum pecuniae sacrae administrandae officium ipso illo decreto Ol. 86,2 facto sublatum esse instituto communi reliquorum deorum (*τῶν ἄλλων θεῶν*) aerario [1]).

Accuratiora docent de Eleusiniorum sacrificulis duo tituli Eleusinii Periclis aetate conscripti: C. I. A. I (IV) 1 et Bull. de corr. hell. IV p. 226 sqq.

Ac priore titulo, qui aetate Ol. 81 longe superat (cf. Kirchhoffi adn.), praecepta continentur de rebus quae ad cultum deorum Eleusiniorum pertinent ordinandis. Inde a vs. 24 de sacris pecuniis administrandis agitur: *[τ]οῦ δὲ [ἱε]ροῦ ἀργυρί[ου τὸ μὲν* . . . Quae pecunia in duas partes divisa esse videtur, quarum ut in suo quaeque templo, et altera quidem in Minervae ipsa in urbe, altera in sacro Eleusinio quod Eleusine est deponatur et ab sacrificulis administretur senatus populusque decernit: vs. 28 sqq.

*εν τοῦ τῆς Ἀθηναία[ς ἀρχαίου ν]-*
*[ε]ὼ ἐμ πόλει· τὸ δὲ ἀρ[χαῖον τοῖ]-*
*[ς] ἱεροποιο[ῖσι] το[. . . . . . . ἐ]-*
*[μ] πόλει ταμιεύεσθ[αι ὥσπερ]*
*[κατὰ ἀρ]χὴν? ἐν τῷ [ἱερῷ* . . .

quibus verbis docemur hoc sacrificulorum munus olim usitatum fuisse.

De eadem autem administratione etiam copiosius agitur

---

[1]) Cf. Kirchhoff Bemerkungen zu den Urkunden der Schatzmeister der andern Götter (*ταμίαι τῶν ἄλλων θεῶν*) p. 1.

in decreto pretiosissimo nuper reperto, quod ad Ol. 83 finem pertinere videtur. Quo primitias frumenti deis Eleusiniis oraculi iussu[1]) et ab Atheniensibus eorumque sociis et a reliquis Graecorum civitatibus offerendas Eleusiniorum sacrificuli iubentur accipere, acceptas condere et servare in tribus fossis frumentariis ex pecunia sacra dearum exstruendis loco ex ipsorum et architecti arbitrio eligendo: vs. 10 sqq. *οἰκοδομῆσαι δὲ σιροὺς τρεῖς Ἐλευσῖνι κατὰ τὰ πάτρια ὅπου ἂν δοκῇ τοῖς ἱεροποιοῖς καὶ τῷ ἀρ[χ]ιτέκτονι ἐπιτήδειον εἶναι ἀπὸ τοῦ ἀργυρίου τοῦ τοῖν Θεοῖν· τὸν [δὲ κα]ρπὸν ἐνθαυθοῖ ἐμβάλλειν ὃν ἂν παραλάβωσι παρὰ τῶν δημάρ-[χων.* Ubi sacra ex his frugibus deis facta sint (vs. 36 sqq. cf. § 1), praecipitur ut reliquum frumentum sacrificuli cum senatu vendant, e pecunia ita parta donaria conficienda curent talia qualia praescripturus sit ipse populus Atheniensium, inque donariis inscribant nomina dedicantium: vs. 40 sqq. *τὰς δὲ ἄλλας κριθὰς καὶ πυροὺς ἀποδομένους τοὺς ἱεροποιοὺς μετὰ τῆς βουλῆς ἀναθήματα ἀνατιθέναι τοῖν Θεοῖν, π[ο]ιή[σ]αμένους ἅττ᾽ ἂν τῷ δήμῳ τῷ Ἀθηναίων δοκῇ, καὶ ἐπιγράφειν τοῖς ἀναθήμασιν, ὅτι ἀπὸ τοῦ καρποῦ τῆς ἀπαρχῆς ἀνεθέθη, καὶ Ἑλλήνων τὸν ἀπαρχόμενον.*

Ex his quae de Eleusiniorum sacrificulis diserte traduntur coniecturam capere licet, cuius generis fuerit illa rerum sacrarum administratio qua usque ad quaestores reliquorum deorum institutos usi sint *ἱεροποιοί* certorum templorum. Qua administratione populi decreto a. 435 sublata ipsi quoque *ἱεροποιοί* sublati esse videntur: quorum nulla amplius vestigia comparent. Nisi quod sacrificuli Eleusinii suo et honore et munere privati non sunt: nimirum ut erat peculiaris sacrorum Eleusiniorum in re publica Atheniensium condicio, ne pecuniae quidem sacrae Dearum Eleusiniarum videntur unquam ad quaestorum *τῶν ἄλλων θεῶν* administrationem revocatae esse.

[1]) De sacrificii causa cf. Isocr. Paneg. § 31 *ταῖς δ᾽ ἐκλειπούσαις πολλάκις ἡ Πυθία προσέταξεν ἀποφέρειν τὰ μέρη τῶν καρπῶν καὶ ποιεῖν πρὸς τὴν πόλιν τὴν ἡμετέραν τὰ πάτρια.*

### 2. In pagis Atticis.

Unum nobis testimonium sacrificulorum paganorum administrationis exhibet tit. Mitth. IV 201: qui quamquam valde mutilatus est, constat tamen verba fieri de pascuis Aexonensium locandis, reisque faciendis iis qui pretium non solverint. Quae pascua ex dei alicuius pagani possessione esse ipsa *ἱεροποιῶν* mentio innuit: vs. 3 *σ]ὺν τῷ - - - - δικαστηρίῳ [- - - - δικ]άζει - τὰς - - - - καὶ τὸν δήμαρχον δωρ[ - - - - ἱερ]οποιοῖς ὅτι - ἀναλώσει? - - - δικάζεσθαι δὲ τὸν δήμαρ[χον - - -] ἀποδεδωκόσιν καὶ τῷ τοῦ ἐννο[μί]ου τὴν τι[μὴν] οὐκ ἀπο[δεδωκότι - - κ. τ. λ.* cf. infra III.

## II. Deli.

De Deliorum templorum administratione iam accuratissima notitia peti potest ex larga titulorum segete cum maxime facta. Atque in rationem vocandi sunt hi tituli: C. I. G. II 2266, quem titulum iterum edidit et restituit Fabricius in Herma XVII p. 4—5; C. I. G. II 2953 b; Le Bas-Wadd. II (insul.) 2092; Homollius in Bull. de corr. hell. II p. 333 sqq. 340. 341. 343. 570 sqq. V p. 25 sqq. 465. VI p. 6—54. De sacrificulis Deliis nonnulla disseruerunt Jebbius in journ. of hell. stud. a. 1880 I p. 30 sqq., Fabricius l. c. p. 21, plura Homollius in Bull. VI p. 57 sqq. Tituli omnes tempori liberae Deli adscribendi sunt. Nam quibus temporibus Delus Atheniensibus subiecta erat primum[1]) amphictiones Athenienses, deinde magistratus qui vocantur *οἱ καθιστάμενοι ἐπὶ τὴν φυλακὴν τῶν ἱερῶν χρημάτων καὶ τῶν ἄλλων προσόδων τῶν τοῦ θεοῦ* sacris bonis insulae administrandis praeerant, cf. Homolle in Bull. II p. 581, VI p. 1—2; Jebb l. c. p. 30.

Complectuntur tituli sacrificulorum rationes publice redditas pecuniarum non solum sacrarum, verum etiam publicarum in Apollinis et Dianae templis depositarum (*ἐν τῇ κιβωτῷ τῇ ἱερᾷ — ἐν τῇ δημοσίᾳ κιβωτῷ*), praeterea donariorum Apollini oblatorum ceterisque deis cum Apollinis

---

[1]) ca. 454—320 a. Chr. n. cf. Homolle Bull. de corr. hell. VI p. 1.

templo coniunctis vel intra eosdem fines sacros conditis[1]). Itaque collegium *ἱεροποιῶν* Delium simile fuisse apparet Atheniensium *ταμίαις τῶν ἱερῶν χρημάτων*, quibus praeter pecunias sacras et donaria publici quoque thesauri custodia commissa erat. — Hinc explicatur, quod non intra unius templi certi administrationem sacrificulorum munera sese continent. Certe pecuniae sacrae et publicae non solum in Apollinis fano sed etiam in Artemisio custodiebantur[2]) (cf. Homolle in Bull. VI p. 59 qui de ratione inter ea templa statuenda diversas easque satis incertas coniecturas profert II p. 339 et VI p. 60), donaria et in utroque templo et praeterea in aliis fanis thesaurisve, velut *ἐν τῷ ναῷ οὗ τὰ ἑπτά* Bull. VI p. 29 vs. 177; *ἐν τῷ πωρίνῳ οἴκῳ* ib. vs. 178 sqq.: *ἐν τῷ Ἀνδρίων οἴκῳ* ib. vs. 155 et p. 135: quibus accedunt *ὁ Δηλίων οἶκος, ὁ Ναξίων οἶκος*, aliae aedes sacrae, de quibus cf. Homolle Bull. VI p. 87.

His praemissis iam per singula quae ad *ἱεροποιῶν* administrationem pertinent ex monumentorum auctoritate persequamur: qua in re summam rem attigisse satis habemus, quoniam plurima Homollius docte exposuit l. c. VI p. 59 sqq.

a) Pecuniae acceptae.

Reditus sacri maximam partem efficiuntur vectigalibus ex agris pascuis aedificiis portubus etc. exactis:

---

[1]) Cf. Homolle Bull. de corr. hell. VI p. 87 sqq.

[2]) Bull. VI p. 6 vs. 2 *Τόδε παρελάβομεν ἀργύριον ἐν τῷ ναῷ τοῦ Ἀπόλλωνος ἐν τεῖ κιβωτῷ τεῖ ἱερᾷ κ. τ. λ.* Idem legendum II p. 570 vs. 2 ubi Homollius non recte supplevit *τάδε παρελ[άβομεν ἐν τῷ Ἀρτεμισίῳ . . .] ἐν τῇ ἱερᾷ κιβωτῷ.* Nec rectius, ut hoc obiter moneam, C. I. G. 2953 b vs. 7—8 [*ἐκ δὲ τῶν ὀφ*]*ειλομένων χρημάτων τῷ θεῷ* Boeckhius Dianam Ephesiam intellegendam ratus *τῷ* in *τῇ* mutavit. — Bull. VI p. 12 vs. 75 *Καὶ τόδε ἄλλο ἀργύριον παρελάβομεν παρ' ἱεροποιῶν Συνωνύμου καὶ Κρίττιος ἐν τῇ δημοσίᾳ κιβωτῷ κ. τ. λ.* cf. vs. 98 sqq. 121 sqq. — C. I. G. 2953 b vs. 3 [*Τόδε παρελάβομεν*] *ἀργύριον ἐν Ἀρτεμισίῳ παρὰ ἱεροποιῶν κ. τ. λ.* Bull. VI p. 60 vs. 2 *τάδε παρελάβομεν . . . ἐν τῷ Ἀρτεμισίῳ*, cf. Bull. II p. 340 vs. 12 *ἐξέδομεν ἐκ τοῦ Ἀρτεμισίου*, p. 341 [*εἰς τὸ Ἀρτε*]*μίσιο*[*ν. . . . ἐξέδομεν*] *ἐκ τοῦ Ἀρτεμισίου.* Simili modo donaria in utroque templo asservata recensentur Bull. VI p. 29 vs. 1 *Τάδε παρελάβομεν ἐν τῷ ναῷ τοῦ Ἀπόλλω-*

*α*) *ἐνηρόσια* (de nomine cf. Homolle Bull. VI p. 62) veluti *λειμῶνος, φιαλιᾶς, ἱπποδρόμου* C. I. G. 2953b vs. 21 sqq. Le Bas-Wadd. 2092 vs. 4 sqq. Bull. II p. 341. 570. VI p. 19 vs. 145 sqq.

*β*) *ἐνοίκια* (veluti *ἀνδρώνων, τῶν οἰκημάτων τῶν ἐν τῇ ἀγορᾷ*) C. I. G. 2953b vs. 36. Le Bas-Wadd. 2092 vs. 16 sqq. Bull. II 570, 14. 50. VI 18 vs. 140 sqq.

*γ*) *τέλη* (inter quae *πορθμεῖα, ὁλκός, πορφύρα* al.) C. I. G. 2953b vs. 40 sqq. Le Bas-Wadd. 2092 vs. 28 sqq. Bull. II 341 sqq. VI 19 vs. 152 sqq.

*δ*) *δάνεια* vel *τόκοι* (e. g. *τῶν κληρονόμων*) Le Bas-Wadd. 2092 col. II vs. 1 sqq. Bull. II 570 vs. 24 sqq. VI p. 20 vs. 159 sqq.

Saepe haec quattuor genera comprehenduntur in rationibus: Bull. VI p. 10 vs. 48 *τὸ πραχθὲν ἐνηροσίων, ἐνοικίων, τελῶν, τόκων* cf. vs. 50. 70. Bull. II p. 570 vs. 11. 15. 18. 45.

*ε*) reditus peregre exacti: *τὸ ἀπελθὸν ἐκ Τήνου, τὸ ἐν τῇ Μινόῃ φανέν* Bull. II p. 570 vs. 5. 6. VI p. 6 vs. 4. 6, alia. Cf. VI p. 75.

De reditibus aliis minoris momenti ib. p. 70 sqq.

Ceterum vectigalia non per ipsos sacrificulos exigebantur, sed per *διοικητάς* exacta ad illos deferebantur: cf. Bull. VI p. 71 sqq.

b) Pecuniae expensae.

*α*) in res divinas singulis mensibus faciendas cf. Bull. VI p. 22 vs. 180 sqq. *Τάδε ἀνήλωται εἰς τὰ* |||||||||| *κατὰ μῆνα· Ληναιῶνος· χοῖρος τὸ ἱερὸν καθᾶ[ραι* ||.. |· *πεύκη κληματίς·* · *στεφανώ]ματα ἐπὶ βωμοὺς καὶ Πύθιον καὶ πρόπυλα Δ* ||| · *τῷ τοὺς στεφάνους πλέξαντι* ||||||||· *εἰς θυσίαν Ἀπόλλωνι, Ἀρτέμιδι, Λητοῖ, Διὶ Σωτῆρι, Ἀθηνᾷ Σωτείρᾳ* [........· *ξύλα ἐπὶ βωμούς*], *Πύθιον, ἱεροποῖον κ. τ. λ.*, sim. alias passim.

*β*) in aedificia sacra exstruenda vel reficienda: C. I. G. 2953b vs. 18 *ἄλ[λο] ἐξείλομεν εἰς τὰ ἔργα μηνὸς* . . . Bull.

---

*νος κ. τ. λ.* cf. p. 44. 142. II p. 338. — VI p. 48 vs. 179 *Καὶ τάδε παρελάβομεν ἐν τῷ ναῷ τῆς Ἀρτέμι[δος παρὰ ἱεροποιῶν] κ. τ. λ.*

II 340 vs. 6 sqq. 13. VI p. 10 vs. 55. 61 sqq. 67 *ἀπὸ τούτου ἀφείλομ(εν) ἱεροποιοὶ οἱ ἐπ' ἄρχοντος Δημάρου εἰς τὴν κατασκευὴν τοῦ ναοῦ τῆς Ἀρτέμιδος κατὰ τὸ ψήφισμα τοῦ δήμου ΧΧΗΗ*, al.

*γ*) ex aerario publico populi iussu in frumentum emendum (*εἰς τὴν σιτωνίαν κατὰ τὴν διάταξιν*): Bull. VI p. 17 vs. 123 sqq. 131 sqq.

*δ*) indidem in ludorum apparatum ib. 128 sq. *τοῖς αὐληταῖς ΧΧΧ καὶ τὸ σιτηρέσιον καὶ τὰ χορηγήματα καὶ τὸ νικητήριον ΗΗΗΗΠ ΔΔ. τοῦτο παρέδομεν τοῖς ταμίαις* . . .

*ε*) expensae publice extra ordinem factae, velut Bull. VI p. 11 vs. 60 sqq. *ἀπὸ τούτου ἀφείλομεν εἰς τὸν στέφανον τῷ βασιλεῖ Φιλίππῳ ΧΗΗΗΠ*, et alia *κατὰ ψηφίσματα* expensa, cf. Bull. II 570 vs. 195 sqq.

*ζ*) indidem *ἐκ τῶν ἀκατατάκτων* ib. vs. 136 sqq.

Praeterea *ἱεροποιοί* ex sacro aerario pecunias fenore collocare solent apud civitatem eiusque quaestores, saepe etiam apud privatos homines locupletes: C. I. G. 2953 b vs. 9 sqq. *τοῦτο ἐδανείσ[α]μεν τῇ πόλει κ. τ. λ.* vs. 15 *καὶ τοῖς ταμίαις*. LeBas-Wadd. 2092 vs. 41 sqq. *δανείου ἱεροῦ*. Bull. II p. 570 sqq. *τὸ παρὰ Φιλοκλέους τοῦ Φιλοκλέους τὸ δάνειον ὃ ὤφειλε τοῦ ἱεροῦ ἀργυρίου*, cf. vs. 32 sq. 58. 84 *ε]ἰς ἀπό[δοσιν τῷ θε]ῷ[ι τῶν δ]ανείων [τ]ῶν ὀφειλομένων παρὰ τεῖ πό[λει* —

VI p. 8 vs. 30 *τὸ [πε]σὸν παρ' Ἀριστοφάνου δάνειον ὃ ἐδάνεισαν αὐτῷ ἱεροποιοὶ Εὔβοεὺς καὶ Παρμενίων*, cf. vs. 51. 71 sqq. 160. 168. 174. 178. 212 sqq. De pecunia civitati fenori data agitur in eiusdem tituli vss. 27. 42 sqq. 64 sqq.

c) Locationes.

*α*) Vectigalia ab ipsis sacrificulis locantur: Bull. II p. 343 . . . . . . *Ἐ]πὶ Φίλωνος* . . . . . *ἱεροπο[ιοὶ* . . . . . .] *ἀπεμισθ[ώσα]μεν* . . . . . . . . . *πορθμεῖον τὸ εἰς τὴν [Μύκονον* . . . . . . . .] *τὸν ὁλκὸν τὸν ἐν τεῖ [ἰσθμῷ τεῖ ἐν Μυκόνῳ* . .] . . . *τὰ στροφ[εῖα* . . . . . . . . *τὸ πορθμεῖο]ν τὸ ἐς [τὴν] Μύκονον* [. . . . . . . *ἡ]μιωβέλια* . . vs. 11 sq. fortasse legendum *πορφ]ύραν*,

*β*) Opera facienda una cum epistatis locant C. I. G. II 2266[1]), ubi vs. 12 sqq. definitur ratio pecuniae a sacrificulis et epistatis redemptori templi solvendae: ἐπειδὰν δὲ τοὺς ἐγγυητὰς καταστήσῃ ὁ ἐργώνης [ἀξι|ο|χρέους?, ἀφελόντες οἱ ἱεροποιοὶ καὶ οἱ ἐπιστάται ἀπ]ὸ τοῦ ἀλφήματος παντὸς τὸ ἐπιδέκατον τοῦ λοιποῦ ἀργυρίου ἀποδόντων τὸ ἥμισυ τῷ ἐργώνῃ· ἐπειδὰν δὲ μέρη [δύο λοιπὰ ᾖ τῶν ἔργων, ἀποδόντων τοῦ ἡμίσεος τ]ὸ ἥμισυ· ἐπειδὰν δὲ τὸ τρίτον μέρος λοιπὸν ᾖ τῶν ἔργων, ἀποδόντων τὸ λοιπόν. ἀπὸ [δ]ὲ . . . τοῦ? ἐπιδεκάτου τοῦ ἀ|φαιρεθέντος ἀπὸ τοῦ ἀλφήματος ἀφελό|ντων?, ἐπειδὰν συντελεσθῇ τὸ ἔργον ἅπαν καὶ δοκιμασθῇ κατὰ τὴν συγγραφ[ὴν ταύ]την, ἐπιτίμημα [ὅτ]ῳ ἂν [- - - -. τὸ δὲ λοιπὸν ἀργύ]ριον ἀποδόντων τῷ ἐργώνῃ — vs. 16 sqq. ἐὰν δὲ μὴ διδῶσιν οἱ ἱεροποιοὶ καὶ ἐπιστάται [τ]ὸ [ἀ]ργύριον, ὡς γέγραπται, ἢ ἄλλο [τι - - - -]ν ὀφειλόντων οἱ ἱεροποιοὶ καὶ οἱ ἐπιστάται τῷ ἐργώνῃ τὴν ἴσην ἐπιφοράν, καὶ ὁ [ὦ]νος ἐπίμονος ἔστω καὶ ἡ πρᾶξις ἔστω.

Similia continentur Bull. VI p. 29 sqq. vs. 216 sqq. [Καὶ τάδε ἔργα ἐξέδομεν μετὰ τῶν ἐπιμελητῶν κατὰ τὸ ψήφισμα τοῦ δή]μου, καὶ τὰς δόσεις ἔδομεν, κελεύοντος καὶ τοῦ ἀρχιτέκτονος: ubi non secus atque in illo titulo tres δόσεις praecipiuntur. Cf. Bull. II 340 sq. vs. 13 sqq.

d) Donariorum cura.

Praeter pecunias sacras publicasve donaria quae ad thesaurum Apollinis et Dianae pertinent ἱεροποιῶν custodiae commissa sunt: qui ea ex indicibus accipiunt et recognoscunt, nova donaria in indices redigunt, omnem anathematum copiam per aedes sacras ei rei destinatas disponunt eamque integram servant, de vasis fragmentisve conflandis ad senatum referunt atque donariis novis populi iussu conficiendis operam dant. Plura ea de re Homollius exposuit Bull. VI p. 87 sqq.

e) Tabulae atque traditiones rerum sacrarum.

Sacrificuli ante muneris annum exactum tabulas accepti et expensi conficiunt in quibus etiam residuae pecuniae si

[1]) Cf. Fabricius in Herma XVII p. 4—5; id. de architectura Gr. comment. epigraph. Berol. 1881, p. 17 sqq.

quae sunt accurate perscribuntur: cf. Le Bas-Wadd. 2092 extr. et Bull. II p. 570 *τὸ περιὸν ἐκ τῆς στήλης* 47. 65. Bull. V p. 465 *ἐγγράφομεν . . . . . καὶ Ἀντίγονον Χαριστίου καὶ τοὺς ἐγγύους ᾧ ἔλασσον ἀπέδωκεν τοῦ τέλους τοῦ λιμένος ΔΠ'*. VI p. 21 vs. 164 *τόκον ὃν ἔφη ἐγγράψαι ἱεροποιοὺς τοὺς ἐπ' ἄρχοντος Ἐμπέδου κ. τ. λ.* 170. 175. 250 *[ἐγ]γράφομεν ὀφείλοντας τῷ θεῷ* . . . p. 28 vs. 2 sqq.

Ipsas pecunias in urnis conditas, quibus unde pecunia collata sit inscribitur (*ἐπιγραφή*)[1], in templis Apollinis et Dianae deponunt: *στάμνον* (sive *κοτύλην*) *ὃν ἔθεσαν ἱεροποιοί*.. Bull. II 570 sqq. VI p. 6 sqq. sescenties. Servantur urnae in arcis sacra et publica (*ἱερὰ κιβωτός* et *δημοσία κιβωτός*).

Omnium autem et pecuniarum utriusque aerarii et donariorum accuratissimum inventarium proponunt: in quo perscribitur primum quas pecunias acceperint a decessoribus (*παρελάβομεν*), deinde quae suo anno acces serint (*εἰσήκει, ἐτέθη, προσετέθη*)[2] quidque ipsi singulis mensibus ex thesauro deprompserint (*ἀπὸ τούτου ἐξείλομεν*)[3], denique summis perscriptis (*κεφαλὴ οὗ παρελάβομεν, κεφαλὴ τοῦ τεθέντος ἐπὶ τῆς ἡμετέρας ἀρχῆς*) calculos subducunt eorum quae ipsi abituri successoribus tradituri sint (*παρέδομεν* vel *παραδεδώκαμεν*). Similiter donaria in latereulum referunt. cf. Bull. II p. 338. p. 582. VI p. 29.

Munere perfuncti et pecunias in urnis conditas et donaria in Apollinis templo reliquisque aedibus sacris asservata successoribus tradunt coram senatu, scriba civitatis Deliorum, sacrificulorum scriba[4]: C. I. G. 2953b vs. 3 [*παρελάβομεν* - - - ] *ἀργύριον ἐν Ἀρτεμισίῳ παρὰ ἱεροποιῶν*

[1]) Cf. titulum Eleusinium supra p. 54 allatum: — *καὶ ἐπιγράφειν τοῖς ἀναθήμασιν ὅτι ἀπὸ τοῦ καρποῦ τῆς ἀπαρχῆς ἀνεθέθη κ. τ. λ.*

[2]) Bull. VI p. 9 vs. 38 *καὶ τόδε ἄλλο ἀργύριον ἐτέθη ἐπὶ τῆς ἡμετέρας ἀρχῆς, εἰς τὴν ἱερὰν κιβωτόν* . . . 140 *καὶ τόδε ἄλλο ἀργύριον εἰσήκει τῷ θεῷ ἐνοικίων*. 148. 152. 159. II p. 576 vs. 78 [*Τάδε*] *πρ[οσετέθ]η ἐπὶ τῆς ἡμετέρας ἀρχῆς*.

[3]) vel *ἀφείλομεν, προείλομεν* (cf. Bull. VI p. 11 vs. 60 sqq. 67 sqq. *Τάδε ἀνήλωται* p. 22 vs. 180).

[4]) Cf. similem rationem praescriptam in decreto Attico de rebus sacris deorum quaestoribus *τῶν ἄλλων θεῶν* delatis C. I. A. I 32.

*[τῶν] ἐ[πὶ] Ἀ - - - - - - παρούσης βουλῆς καὶ γραμματέως τοῦ τῆς πόλε[ως καὶ γραμματέως τοῦ τῶν ἱερο]πο[ι]ῶν Σκύλακος τοῦ Λεονταίου δραχμὰς* ΜΠ‚ΙΙΙΙΙ cf. vs. 22. Bull. II 570 vs. 2 *παρε[λάβομεν ἀργύριον ἐν τῷ ναῷ τοῦ Ἀπόλλωνος] ἐν τῇ ἱερᾷ κιβωτῷ παρὰ ἱεροποιῶν Ἕρμωνος καὶ Λυκομήδου, παρούσ[ης βουλῆς καὶ τοῦ] γραμματέως τοῦ τῆ[ς πόλεως τοῦ δεῖνος τοῦ . . . . .] καὶ τοῦ τῶν ἱεροποιῶν Πολύβου τοῦ Μενύλλου — στάμνον κ. τ. λ.* Bull. II 340 vs. 4—5. Praeterea in tradendis pecuniis Apollinis et publicis civitatis Deliorum adsunt archon et prytanes menstrui Bull. VI p. 6 vs. 2—3 — *παρούσης βουλῆς, καὶ τοῦ ἄρχοντος τοῦ τῆς πόλεως Δημάρου, καὶ τοῦ γραμματέως τοῦ τῆς πόλεως Ποσειδίκου, καὶ τῶν πρυτάνεων τῶν κατὰ μῆνα, καὶ τοῦ γραμματέως τοῦ τῶν ἱεροποιῶν Νεοκροντίδου κ. τ. λ.* cf. vs. 75—76. Etiam ubi singulae summae sive promendae sive reponendae sunt, eorundem praesentia non raro requiri videtur[1]).

In donariis tradendis neque archontis neque prytanum unquam fit mentio. De quibus cf. Bull. II p. 338 *Τάδε παρ]ελάβομεν ἐν τῷ ναῷ τοῦ Ἀπόλλωνος παρὰ ἱεροποιῶν Λυκομήδου καὶ Ἕρμ[ωνος καὶ] παρεδ[ώκαμεν ἐπ' ἄρχοντος . . . .]ους ἱεροποιοῖς Εὐέλθοντι καὶ Παρμενίωνι παρούσης βουλῆς καὶ τοῦ γραμμ[ατέως] τοῦ τῆς πό[λεως τοῦ δεῖνος καὶ τοῦ τ]ῶν ἱεροποιῶν Τιμησιέργου κ. τ. λ.* Bull. VI p. 29 in.

Postremo rebus sacris traditis sacrificuli rationes accurate perscriptas publice referunt: qualis est *λόγος ἱεροποιῶν* tabulis lapidi incisis praescriptus.

### III. **Aliis in civitatibus**

similiter atque apud Delios et Atticos (cf. p. 55) certae *ἱεροποιῶν* partes fuerunt in agris pascuisve sacris locandis.

---

[1]) Bull. VI p. 10 sq. vs. 55. *Μηνὸς ἱεροῦ ἐξείλομεν εἰς τὰ ἔργα, παρόντος ἄρχοντος τοῦ τῆς πόλεως καὶ τῶν γραμματέων καὶ τῶν πρυτάνεων τῶν κατὰ μῆνα, στάμνον κ. τ. λ.* Cf. p. 16 vs. 122—123, p. 9 vs. 38 *Καὶ τόδε ἄλλο ἀργύριον ἐτέθη ἐπὶ τῆς ἡμετέρας ἀρχῆς εἰς τὴν ἱερὰν κιβωτόν, παρόντος ἄρχοντος τοῦ τῆς πόλεως καὶ τῶν γραμματέων καὶ τῶν πρυτάνεων τῶν κατὰ μῆνα.* C. I. G. 2953b vs. 9 sq. et 18 sq. in simili causa non memorantur nisi senatus et scribae.

*α*) In insula Euboea sacrificuli agros sacros locandos curant, locatorum mercedes debitas exigunt Rangabé ant. hell. II 957 vs. 5—8

> *Τ]ὰς πενταμυρίας δραχμὰς [ἀ-*
> *ποτινέτω· ἐκπραττόντων*
> *δὲ οἱ ἱεροπωοὶ [ἐκ] τῶν ὀφε[ι]-*
> *λόντων διπλῆ[ν.*

Praeterea cavetur, ne qui praeter conductores sacris pascuis utantur. Atque poenam pecuniariam irrogant. si qui ligna in illis caedunt auferuntve, eisque qui greges in illis pascunt pecora auferunt vs. 9—12

> *ἀποτίνειν δὲ ἐὰμ μὲν κείρω[ν*
> *ἢ φέρων ἁλῷ ἑκατὸν δραχ-*
> *μάς, ἐὰν δὲ βόσκων ἤ τι [ἀ]φελὼν*
> *στερέσθω τοῦ βοσκήματος.*

*β*) Io in insula secundum tit. Ross inscr. Gr. ined. n. 94 = Rangabé II 752, quem ex parte restituit Keilius in sylloge inscr. Boeotic. p. 33, et nomina eorum qui pascua conducunt et agrorum partes ab iis redemptae inscribi solent in tabulis quae penes sacrificulos sunt. iisque solvuntur scripturae. Vs. 2 *κ]αταθεῖν[α]ι τὸ ἐννόμιον τοὺς νέμο]ντας ὁ[π]ό[σ]ων νέμει [ἕ]κασ[τος· πρὸς] δὲ τοὺς ἱεροποι[οὺς] ἀπο[γράφεσθαι το]ὺς νέμοντας ἱερά.* Verba quae insequuntur nimis sunt ambigua; Keilius supplet: *καύσα]ντας τὰ θρέμματα κα]ὶ νέμειν ὁ[π]όσα [ἕκαστος ὁμολ]ο[γεῖ] νέμειν· ὅστις δ' ἂν μὴ ὁμο[λογήσῃ] ἡμερῶν γ' κήρυ[κι τῷ τῶν] ἱεροποιῶν, ὀφειλέτω ἑκατὸν δρα[χμὰς τῷ] δημοσίῳ· φαίνειν [δὲ τὸμ [βουλόμ]ε[ν]ον π[ρ]ὸς τοὺς ἱεροποιο[ὺς ἐπὶ τῷ] ἡμίσει.*

*γ*) Myconi similis condicio videtur esse sacrificulorum tituli apud Le Bas-Wadd. II 2057 B. Quamquam pauca nec certa erui possunt: vs. 1 *τόκους ἀπέδοσαν.* vs. 30 *ἀπενέγκ[ω]σι τὴν [σ]τήλην εἰς ἱεροποι[ούς]* vel *ἱεροποῖ[ον].*

## § 3.
## DE ALIIS SACRIFICULORUM NEGOTIIS.

In nonnullis diversorum locorum titulis sacrificuli iubentur senatus populique decreta honoraria in columnis inscribere, inscriptas in delubro publicove aliquo loco collocare, honores ipsos publice pronuntiare.

1. In Deliorum decretis quibus laudantur et honoribus, quales sunt proxenia proedria al., ornantur si qui de Apollinis templo Deliorumque rebus bene meriti sunt, sub finem plerumque formula additur *ἀναγράψαι δὲ τὸ ψήφισμα τὴν μὲν βουλὴν εἰς τὸ βουλευτήριον, τοὺς δὲ ἱεροποιοὺς εἰς τὸ ἱερόν* (*εἰς στήλην λιθίνην* add. C. I. G. 2268) Bull. I. p. 279 sqq. titt. I—III; III p. 113; IV p. 349; C. I. G. II 2267. 2268. 2269. Eodem illud quoque referendum quod in titulo Bull. IV p. 472 sqq. Cyzicenis theoris a Deliis petentibus, ut sibi locus detur intra Apollinis sacros fines ubi oraculum in columna inscriptum deponant. ex Deliorum decreto sacrificuli una cum senatu locum idoneum valdeque conspicuum adsignare iubentur: vs. 10 sqq. *δεδόχθαι τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ ἐπιμεληθῆναι τοὺς ἱεροποιοὺς μετὰ τῆ[ς βουλ]ῆς ὅπως δο[θῆ]ι τόπος ἐν ᾧ σταθήσε[ται ἡ] στήλη ἐν τόπῳ ὡς ἐπιφανεσ[τ]άτῳ καθὼς ἀ[ξιοῦσι Κυζικηνοί.*

2. Cii in decreto C. I. G. II 3723 vs. 13 sqq. *ἀναγρ]ά[ψα]ι δὲ τὴν προξεν[ίαν ταύτη]ν εἰς στήλην λιθίν[η]ν καὶ στῆ[σα]ι τοὺς ἱε[ρ]ο[ποιοὺς ἐν τῷ τῆς] Ἀθη[ν]ᾶς [ἱερῷ* ------.

3. Odessi: C. I. G. II 2056 uni sacrificulo ut decretum inscribendum curet praecipitur: vs. 22 *τὸν δὲ ἱεροποιὸν ἀναγράψαι τὸ ψήφισμα τοῦτο εἰς τελαμῶνα καὶ θεῖναι εἰς τὸ ἱερόν.* De significatione vocis *τελαμών* cf. Boeckhii adn.

4. In Atticis titulis publicis huius rei testimonia frustra quaeras. Neque id mirum, cum templorum curatores Athenis non sint sacrificuli (cf. C. I. A. I 32). Contra collegiorum sacrificulis similia committuntur: ut coronis ornent magistratus bene meritos eorumque nomina in sollemnibus collegii sacris cum laude pronuntianda curent: qui si ei officio defuerint, multam committunt.

a) C. I. A. II 617 in Sarapiastarum decreto, quo collegarum scriba et curator munere perfuncti collaudantur, inde a vs. 10: *δεδόχθαι τοῖς [Σαρα]πιασταῖς, ἐ[παινέσαι α]ὐτοὺς καὶ [σ]τεφ[ανῶσ]αι θαλλοῦ [στεφάνῳ ἐν - - ]αιπιδίῳ*[1]) *ὅταν πρ[ῶ]το[ν] θύωσιν ο[ἱ Σαραπιαστ]αὶ καὶ ἀναγορεύειν [αὐ]τῶν τὰ ὀν[όματα τ]οὺς ἱεροποιοὺς ἀεὶ κα[θ' ἑ]κάστην θ[υσίαν μετ]ὰ τὰ ἱερά· ἐὰν δὲ μὴ ἀναγορεύσωσ[ιν ἢ μὴ στεφα]νώσωσιν, ἀποτεισάτω ἕκαστος αὐ[τῶν δ]ραχμὰς ἱεράς κ. τ. λ.*

b) C. I. A. II 611 ubi agitur de corona scribae Demetrio a thiasotis data vs. 35 *στεφανῶσαι δὲ αὐτὸν καὶ θαλλοῦ στεφάνῳ ἤδη, ἀναγορεύειν δὲ τόνδε τὸν στέφανον τοὺς ἱεροπο(ι)οὺς τοὺς ἀεὶ λαγχάνοντας ἱεροποιεῖν μετὰ τὰς σπονδάς, ὅτι στεφανοῖ τὸ κοινὸν τῷδε τῷ στεφάνῳ Δημήτριον ἀρετῆς ἕνεκα καὶ εὐνοίας ἧς ἔχων διατελεῖ εἰς τοὺς θιασώτας.*

Denique — quod praeterea sine exemplo est — in orgeonum lege C. I. A. II 610 sacrificuli una cum curatoribus collegii contionem convocare iubentur, ubi de communibus rebus quae ad sacra maxime spectant deliberetur: vs. 16: *ἀγο[ρὰν δὲ κ]αὶ [ξ]ύ[λλ]ογον ποεῖν τοὺς ἐπιμελητὰς καὶ τοὺς ἱεροποιοὺς ἐν τῷ ἱερ[ῷ] πε[ρὶ τῶν κοιν]ῶν τῇ δευτέρᾳ ἱσταμένου τοῦ μηνὸς ἑκάστου.*

Omnium vero quae composui de *ἱεροποιῶν* officiis ratione subducta munus eorum in rerum sacrarum administratione late patuisse nemo negabit.

---

[1]) *ἐν Σαρ]αιπιδίῳ* Hicks inscr. Gr. mus. Brit. I. n. XXI.

# APPENDIX.

## ΕΠΙΜΗΝΙΟΙ.

Cum sacrificulis *ἱεροποιοῖς* componi solent qui saepius reperiuntur *ἐπιμήνιοι*. De quibus Hesychius: *ἐπιμήνιοι· οἱ ἱεροποιοί. ἐκαλεῖτο δὲ καὶ θυσία τις ἐπιμήνια, ἡ κατὰ μῆνα τῇ νουμηνίᾳ συντελουμένη.* (Idem *ἱεροποιοί· ἐπιμήνιοι*, quod ex altera glossa fluxisse recte Stojentinus exponit, de Iulii Pollucis in publ. Ath. antiq. enarrandis auctoritate a. 1875, p. 101 sq.). Boeckhii aliorumque de eis sententias supra attuli p. 27. Iam quo iure *ἐπιμήνιοι* cum *ἱεροποιοῖς* sive comparentur sive confundantur examinandum erit testimoniis de *ἐπιμηνίοις* quae permulta sunt in censum vocatis.

Atque in inscriptionibus Atticis quantum equidem vidi nulla omnino fit eorum mentio. In aliis vero civitatibus epimeniorum non secus atque sacrificulorum duo inprimis genera sunt inter se discernenda: publici civitatis et collegiorum *ἐπιμήνιοι*.

### I. publici civitatis *ἐπιμήνιοι*.

1. Lampsaci: C. I. G. II add. 3641 b p. 1130 sqq. ubi memorantur et civitatis epimenii (vs. 5 sqq. 41 sqq.) et senatus: vs. 85 *οἱ δὲ ἐπιμήνιοι τῆς βουλῆς*.

2. Ilii: C. I. G. II 3595 = Hicks, historical inscriptions n. 165.

3. Nasi: *Μουσ. καὶ βιβλ. τῆς εὐαγγ. σχολ. ἐν Σμύρνῃ* 1876, 128 sqq. = Hicks 138.

4. Smyrnae: C. I. G. II 3137 senatus epimenii. Ib. (*Γενὶ Λιμάνι*): *Μουσ. καὶ βιβλ. τῆς εὐαγγ. σχολῆς ἐν Σμύρνῃ* 1875 p. 98 n. 97.

5. Cii in Bithynia: C. I. G. II 3723 *᾿Επιμηνιεύο*]*ν*[*τ*]*ος Φρο*[*ύ*]*ρου κ. τ. λ.* — Le Bas-Wadd. Asie min. n. 1140 (= Hicks 99), 1141. Ibidem etiam *ἱεροποιοί* fuerunt (C. I. G. II 3723) sine dubio ab illis diversi.

6. Odessi: Rev. arch. N. S. XXXV p. 111 duo gymnasii epimenii.

7. Istropoli *(Karaharman)*: Archaeologisch-epigr. Mitth. aus Oesterreich VI (1882) p. 36 n. 78: *ἐπιμηνιεύοντος τῆς ἐκκλησίας Ἀθηνάδου κ. τ. λ.*

8. Co: Bull. V p. 221 n. 9 vs. 2 *οἱ ἀεὶ ἐπιμηνιεύοντες.*

II. **Collegiorum et communium** *ἐπιμήνιοι.*

1. Co: Bull. de corr. hell. VI p. 257.

Tribuum *ἐπιμήνιοι*: Ross, inscr. Gr. ined. n. 175 = Rayet inscr. de l'île de Kos n. 7 duo *ἐπιμήνιοι τοῦ κοινοῦ τῶν συμπορευομένων παρὰ Δία Ὑέτιον* (vs. 2 sqq.).

Ross, inscr. Gr. ined. 311 (in sacris Herculis *Διομεδοντείου* a Diomedonte institutis) B 25 *ἐπιμηνίους δ' αἱρεῖσθαι τρεῖς κατ' ἐνιαυτόν κ. τ. λ.* D vs. 28 sqq.

2. Therae: C. I. G. 2448 in testamento Epictetae quod vulgo vocatur tres epimenii *τοῦ κοινοῦ τοῦ ἀνδρείου τῶν συγγενῶν* singuli in singulos dies creati.

3. Cii: Le Bas-Wadd. Asie min. n. 1143, quem titulum Foucartus ass. relig. chez les Gr. p. 240 sqq. (n. 66) sodalitati alicui thiasotarum probabiliter adscribit, unde initium admodum corruptum idem sic restituit: *ο[ἱ θιασῶται ἐτ]ίμ[ησαν] Ἀνουβίωνα κ. τ. λ.* vs. 9: *τὸν αὐτὸν Ἀνουβίωνα καὶ ἐπιμηνιεύσαντα [εἰκό]νι γραπτῇ.*

Itaque si a Thera insula discesseris *ἐπιμήνιοι* non inveniuntur nisi Graecorum orae Asiaticae civitatium, Aeolensium Lampsaci Ilii Nasi, Ionicarum Smyrnae et coloniarum Milesiarum Cii Odessi Istropolis, Doricae Co insulae.

Nomen *ἐπιμήνιος* (*ἐπιμηνιεύειν*, cf. *ἐπιμηνιεία* CIG 2448) satis late patet: quod et ad res sacras et ad rem publicam pertinere recte observavit Waddingtonius ad Le Bas, Asie min. 1140. Atque civilia esse arbitror officia eorum qui *ἐπιμήνιοι τῆς βουλῆς* et *ἐπιμήνιοι τῆς ἐκκλησίας* vocantur, de quibus infra dicetur: reliqui *ἐπιμήνιοι*, ni fallor, sacrificulorum munus exsequuntur eique non tam inde *ἐπιμήνιοι* dicuntur, quod per singulos menses magistratu funguntur, quam quod officia eorum certis negotiis continentur quae

certis mensibus diebusve festis certorum mensium absolvenda sint[1]). Certe qui in titulis Lampsaceno atque Coo (Bull. de corr. hell. V p. 221) nominantur itemque privati collegiorum quae Therae et Co in insulis sunt (CIG 2448 Ross inscr. Gr. ined. n. 311) eorum munus intra paucos tantum unius mensis dies festos continetur, quamquam non minus dicuntur creari *κατ' ἐνιαυτόν* (cf. Ross. l. c. B 24 sq. CIG. 3641[b] vs. 38) quam ei quorum officia ad annum integrum pertinent, velut eponymorum *ἐπιμηνίων* qui comparent Cii et Ilii.

Iam quae *ἐπιμηνίοις* cum *ἱεροποιοῖς* intercedat sive similitudo sive dissimilitudo paucis exponam.

*Ἐπιμήνιοι* sacra Dis faciunt diebus festis epulasque sacras instituunt:

a) C. I. G. II add. 3641 b *ἐπιμήνιοι* Lampsaceni sacra Aesculapi procurant. Ubi verba vs. 5 *τοῖς ἐπιμηνίοις τοῖς ἐπιμηνιεύουσι ἐν τῷ καθ' ἔτος ἐνι[αυτῷ]* (cf. vs. 38) interpretatur Boeckhius tempus annuum id, quod quoque anno

---

[1]) Recte Boeckhius C. I. G. II p. 1133: „*ἐπιμήνιοι* sunt sacrificuli, qui menstrua sacra curant; ii quidem in certum annum constituuntur, sed quod tantum definitis mensibus sacra Aesculapii curant, iure vocantur menstrui. — Neque alia huius vocis ratio est in testamento Epictetae (T. II p. 361 sqq.), ex quo Seldenus Marm. Oxon. p. 163 ed. Maitt. demonstratum ibat, *ἐπιμηνίους* simpliciter esse *ἱεροποιούς*: sacrificium enim ibi uno anni mense instituendum praecipitur, et qui hoc sacrificium curant, *ἐπιμήνιοι* et *ἐπιμηνιεύειν* dicuntur. Neque ex Hesychii glossa, quae *ἐπιμηνίους* interpretatur *ἱεροποιούς*, patet quoslibet *ἱεροποιούς* esse *ἐπιμηνίους* vocatos.“ Qui quod addit: „Quamquam non nego *ἐπιμηνίους* posse etiam eos dictos esse, qui per universum annum sacra ea curarent, quae ad menses ipsos pertinent, sicuti quae in noviluniis facta sunt“: eius generis *ἐπιμήνιοι* in titulis diserte nusquam proferuntur. Quamquam sacra *ἐπιμήνια* ea notione dici certum est: Herodot. VIII 41, ubi verba fiunt de sacris serpenti in Atheniensium arce versanti singulis mensibus oblatis, *λέγουσί τε ταῦτα, καὶ δὴ καὶ ὡς ἐόντι ἐπιμήνια ἐπιτελέουσι προτιθέντες* (cf. VI 57); Et. M. s. v. *τὰ καθ' ἕκαστον μῆνα θυόμενα· ἢ τὰ ὑπὲρ ὅλου τοῦ μηνὸς ἅπαξ ποτὲ γενόμενα θύματα [ὑπὲρ τῆς πόλεως]*; cf. Hesychii glossae supra exscriptae verba *ἐκαλεῖτο δὲ καὶ θυσία τις ἐπιμήνια, ἡ κατὰ μῆνα τῇ νουμηνίᾳ συντελουμένη.*

de quo agitur futurum sit. Est igitur annuus magistratus, sed qui tantummodo statis unius mensis diebus munus obeat.

b) In Co insula *ἐπιμήνιοι* publici Bull. V p. 221 n. 9 sacra die undevicesimo certi mensis (aut certorum mensium?) perficiunt: vs. 2 *οἱ ἀεὶ ἐπιμηνιεύοντες* . . . ., 3 *τῷ Ἀσκλαπιῷ καὶ Ὑ[γιείᾳ*, 6 *καὶ βασιλεῖ Νικομή[δει*, 7: *τᾷ δὲ ιθ' ἀποθ* . . .

c) Tribuum *ἐπιμήνιοι* in eadem insula una cum archontibus *κρεανομίαν* in sacrificiis tribulibus instituere iubentur Bull. VI p. 256 sq. vs. 84 *τοὶ δὲ ἀρχεύοντες καὶ τοὶ ἐπιμήνιοι διδόντω τὰς μερίδας ἀντεφορῶντες ἐκ τοῦ λευκώματος κ. τ. λ.*

d) Ibidem in societate quae Iovi Pluvio certis diebus res divinas facere solet (Ross inscr. Gr. ined. n. 175, qui id singulis mensibus fieri non debebat ex nomine *ἐπιμήνιοι* efficere) cura menstruorum sacrorum *ἐπιμηνίοις* commissa est. Eorundem est multitudinem quae ad sacrificandum convenit lauta liberalitate excipere i. e. et sacrificia et epulas populo parare[1]): vs. 7 sqq. *ἐ[πει]δὴ Νικαγόρας Θευδώρου κ[αὶ] Λύκαιθος Λευκίππου γενόμ[ε]νοι ἐπιμήνιοι αὐτεπάγγελτοι τά τε ἱερὰ ἐξέθυσαν τῷ Διὶ καὶ ἀνενεώσαντο τὰν θυσίαν τοῦ Διὸς καὶ τὰν ὑποδοχὰ[ν ἐ]ποήσαντο τῶν δαμοτᾶν καὶ [τ]ῶν ἄλλων πάντων ἀξίως τῶ[ν θ]εῶν σπουδᾶς καὶ προθυμίας [ο]ὐθὲν ἐλλείποντες, ὅπως οὖν κ[αὶ τοὶ] μετὰ ταῦθ' αἱρούμενοι ἐπιμήνι[οι α]ὐ προθυμοτέρος αὐτὸς παρέχ[ωντ]αι — δεδόχθαι κ. τ. λ.*

e) Prorsus eadem sunt negotia epimeniorum qui ibidem ad sacra Herculis Diomedontei perficienda in annum creari solent: Ross, inscr. Gr. ined. 311 B vs. 25 sqq. *ἐπιμηνίους δ' αἱρεῖσθαι τρεῖς κατ' ἐνιαυτόν, οἵτινες ἐχθυσεῦ[ντ]αι τὰ ἱερὰ μετὰ τοῦ ἱερέως· ἐπιμελέσθων δὲ τοὶ ἐπιμήνιοι ὧγ κα δέῃ ποτὶ τὰν δεξ[ίωσιν·* D vs. 31 sqq. *ἐπιμηνίους δὲ αἱρεῖσθ[αι τοὺς] ἐγ Διομέδοντος καὶ τοὺς ἐ[κ]γ[όν]ους αὐτῶν· ἂν δέ τις νόθος ὢν κρ[ιθ]εὶς γνωσθῇ μετέχειν τῶν ἱερῶ[ν,] μὴ ἐξέστω*

---

[1]) *Μουσ. καὶ βιβλ. τῆς εὐαγγ. σχολ. ἐν Σμύρνῃ* a. 1880 p. 141 n. 186 in re simili *ἱερονόμοι* curatores sunt rerum sacrarum, vs. 20: *τὴν δὲ θυσίαν* (debebat scribi *τῆς δὲ θυσίας*) [*κα*]*ὶ τῆς ὑποδοχῆς ἐπιμελείσθωσαν οἱ ἱερονόμοι.*

*αὐτῷ μετέχειν τῶν [ἱε]ρωσυνῶν· λαμβάνετε δὲ ἀπ[ὸ] τῆς προσόδου ὥστε τῷ Πασίῳ [ε]ἰς θυσίαν δραχμὰς πεντήκο[ν]τα, ταῖς δὲ Μοίραις τεσσαράκο[ν]τα· θυόντω δὲ τῷ Πασίῳ [καὶ] ταῖς Μοίραις οἱ κατ' ἀνδρογένε[ιαν].*

f) C. I. G. 2448 in testamento Epictetae tres epimenii singuli singulis unius mensis diebus et sacra curare et alia quae ad ea spectant officia exsequi iubentur II vs. 30 sqq. *ὁ δὲ ἀνδρεῖος* (sc. *σύλλογος*) *τῶν συγγενῶν συναγέσθω ἐν τῷ Μουσείῳ καθ' ἕκαστον ἔτος ἐμ μηνὶ Δελφινίῳ λαμβάνων παρὰ τῶν διαδόχων μου τὰς διακοσίας δεκαδραχμάς, ἄ[νδ]ρας τρεῖς ἀποδείξας ἐπιμηνίος ἐξ αὑτῶν, καὶ θυέτω τᾷ μὲν ἐννεακαιδεκάτᾳ ταῖς Μούσαις, τᾷ δὲ εἰκάδι τοῖς ἥρωσιν Φοίνικι καὶ Ἐπικτήτᾳ, τᾷ δὲ ἀμφεικάδι Κρατησιλόχῳ καὶ Ἀνδραγόρᾳ.* IV 15 *καὶ θύεν τὸν μὲν τὰν πράταν ἐπιμηνιεύοντα ταῖς Μούσαις, τὸν δὲ τὰν δευτέραν τοῖς ἥρωσι Φοίνικι καὶ Ἐπικτήτᾳ, τὸν δὲ τὰν τρίταν τοῖς ἥρωσι Κρατησιλόχῳ καὶ Ἀνδραγόρᾳ*, cf. II 35 sqq., V 35 sqq. Accuratiora docent VI 15 sqq. *οἱ δὲ ἐπιμήνιοι θύοντες τὰς θυσίας ταύτας ἀποδώσοντι τῷ κοινῷ τός τε ἐλλύτας πάντας καὶ τῶν σπλάγχνων τὰ ἡμίση, τὰ δὲ λοιπὰ ἕξοῦντι αὐτοί.* — Idem de *ἱεροποιοῖς* valet: cf. supra part. II § 1.

Atque cum sollemnibus agendis praesint *ἐπιμήνιοι*, etiam eis qui participes sunt sacrificiorum et epularum prospiciunt, sacraque ab iniuriis defendunt. Certe Lampsaci indicem eorum qui sacris interfuturi sint conficere iubentur in parte tituli quantumvis nunc mutila et ambigua: vs. 37 *ἀπογραφὴ τῶν πολιτῶν τῶν παρεπομένων ε[ἰ]ς τὴν ἑορτήν*, 38 . . *εἰς μὲν τὸν καθ' ἔτος ἐνιαυτὸν ἐν τῇ ἐκλησίᾳ* . . . . 40 *τοὺς πολίτας πάντας κατὰ φυλὰς καὶ ἑκατοστῦς* . . . . 41 *τοὺς ἐπι]μηνίους ἀρξαμένους ἀπὸ μηνὸς Ἀρτεμισιῶνος ἕως τῆς ὀ[γδόης? -] - - - - ποιησα]μένους τὴν ἀπογραφὴν εἰσόβδην.* 45 *καὶ οἱ ἐπιμήνιοι διδότωσαν τὸ δε[λτίον - - - - - -]μασιν, οἱ δὲ ἄνδρες τὰς ἀπογραφὰς διδότωσαν κ. τ. λ.*

In Co insula collegarum Herculis Diomedontei *ἐπιμήνιοι* etiam iudicium instituere iubentur de eis qui quid contra leges Diomedontis egerint vel sacris iniuriam fecerint: Ross inscr. Gr. ined. 311 D vs. 17 sqq. *εἰὰ[ν δ]έ τις τολμήσῃ καταλύειν τ[ι*

*τῶ]ν ὑπὸ Διομέδοντος συν[τε]ταγμένων ἀδικῶν τὰ ἱερὰ [καὶ] τοὺς προγόνους ὑπὲρ ὧ[ν γέ]γραπται ἐν τῷ βωμῷ καὶ ἐ[ν τῇ] στήλῃ, μὴ ἐπιτρέπειν τοὺ[ς ἐγ] Διομέδοντος - - γ]εγενημένους καὶ τοὺς ἐπ[γόν]ους αὐτῶν, ἀλλὰ βοηθεῖν [τ]οῖς ἱεροῖς καὶ τοῖς προγόνοι[ς· ἐ]νάγειν δὲ τοὺς ἐπιμην[ίου]ς καὶ εἰς τὴν αὔριον παρα[λα]νθάνοντας οὓς ἂν αὐ[τ]οῖς δοκῇ· ἐπιμηνίους δὲ αἱρεῖσθ[αι τοὺς] ἐγ Διομέδοντος καὶ τοὺς ἐ[κ]γ[όν]ους αὐτῶν.* Simili officio *ἱεροποιούς* fungi vidimus supra p. 29.

Denique Smyrnae epimeniis mandatur ut honores a civitate tributos publice pronuntient: *Μουσ. κ. βιβλιοθ. τῆς εὐαγγ. σχολ. ἐν Σμύρνῃ* a. 1875 n. 97 *καὶ τὸ ψήφισμα [ἀναγράψα]ντων εἰς στήλην· τὰς* (leg. *τῆς*) *δὲ ἀν[αγγε]λίας ἐπιμελεῖσθαι ἐπιμηνίους [καὶ] ἐξεταστὰς τοὺς καθέκαστον γινομένους.* Quod idem de *ἱεροποιοῖς* vidimus p. 63.

De ipsis epimeniorum collegiis — nam collegia sollemnis pluralis *οἱ ἐπιμήνιοι* prodit neque obstat quod ex eisdem singuli ut eponymi memorantur Ilii et Cii[1]) — pauca docemur: Lampsaci, sicuti Athenis *ἱεροποιῶν* (cf. p. 16), numerus *ἐπιμηνίων* tribuum numero accommodari videtur (si modo Boeckhii supplementa probamus): nisi quod singulari modo epimenii magistratu perfuncti ipsi singulos ex sua quisque tribu designare videntur qui in proximum annum munus obeant: C. I. G. 3641 b vs. 6 sqq. *[οἱ δὲ ἐπιμηνιεύ]σαντες ἀποδειξάτωσαν τοῦ ἐχομένου ἔτους ἐν τῇ τρί[τῃ ἐκκλησίᾳ?] τοῦ μηνὸς τοῦ Βαδρομιῶνος, ἀ[π]οδεικνύντες ἕκαστοι ἐκ τῆς [ἑαυτῶν φυλῆς ἕνα, οἱ] δὲ ἀποδειχθέντες ἐπιμηνιευ[έ]τωσαν καθότι καὶ τοῖς πρώτοις [ἐπιτέτακται κ. τ. λ.*

De creandi more qui alibi fuerit non constat praeter privata collegia: a quibus non sorte sed suffragiis creantur *ἐπιμήνιοι* Ross inscr. Gr. ined. II 175 (Co) vs. 17 sqq. *ὅπως οὖν κ[αὶ τοὶ] μετὰ ταῦθ' αἱρούμενοι ἐπιμήνιοι κ. τ. λ.* ibid. III 311 (epimenii Herculis Diomedontei) B vs. 25 *ἐπιμηνίους δ' αἱρεῖσθαι τρεῖς κατ' ἐνιαυτόν* D vs. 31: *ἐπιμηνίους δὲ αἱρεῖσθ[αι τοὺς] ἐγ Διομέδοντος κ. τ. λ.* Spurii exclu-

[1]) Tres *ἐπιμήνιοι* sunt Therae corporis cognatorum Epictetae et Co sodalium Herculis Diomedontei; duo Co collegii *τῶν συμπορευομένων παρὰ Δία Ξένιον* et publici *ἐπιμήνιοι* Odessi (rev. arch. XXXV p. 111).

duntur ib. 33 sqq. *ἂν δέ τις νόθος ὢν κρ[ιθ]εὶς γνωσθῇ, μετέχειν τῶν ἱερῶ[ν], μὴ ἐξέστω αὐτῷ μετέχειν τῶν [ἱε]ρωσυνῶν.* C. I. G. 2448 (Therae) II vs. 30 sqq. *ὁ δὲ ἀνδρεῖος τῶν συγγενῶν — ἄ[νδ]ρας τρεῖς ἀποδείξας ἐπιμηνίος ἐξ αὐτῶν κ. τ. λ.* De sacrificulis eodem modo creandis cf. p. 21. Epimenii nonnunquam sponte sacerdotium subeunt: Ross 175 (Co) vs. 8 *γενόμ[ε]νοι ἐπιμήνιοι αὐτεπάγγελτοι κ. τ. λ. Ἐπιμηνιεία δωρεὰν* administranda est Therae C. I. G. 2448 IV 25 sqq. *τὰν δὲ συναγωγὰν τοῦ ἀνδρείου τῶν συγγενῶν γίνεσθαι ἐμ μηνὶ Δελφινίῳ ἐν τῷ Μουσείῳ καθ' ἕκαστον ἔτος ἁμέρας τρεῖς, καὶ λειτουργὲν ἅπαξ ἀνὰ πρεσβύτατα δωρεὰν πάντας, ὁμοίως δὲ καὶ τὸς ἐκ τούτων γενομένος καὶ παραγινομένος ἐς τὸ κοινεῖον λειτουργέν, γενομένος ἐκ τῶν ἐφήβων, τὰν πράταν ἐπιμηνιείαν δωρεάν· παρεξοῦντι δὲ οἱ δωρεὰν ἐπιμηνιεύοντες οἶνον ξενικὸν ἱκανόν κ. τ. λ.* VI 20 sqq.

Officiis bene gestis epimenios eodem modo atque sacrificulos (cf. p. 33) publice laudari et honorari videmus Rev. arch. N. S. XXXV p. 111 (Odessi) in. *οἱ πρυτάν[εις] ἐστεφάνω[σαν] ἐπιμηνιεύσα[ντας] κ. τ. λ.* Ross inscr. Gr. ined. 175 (Co) vs. 20 sqq. *δεδόχθαι Νικαγόραν μ[ὲν κ]αὶ Λύκαιθον ἐπαινέσαι ἐπί τ[ε] τᾷ αἱρέσει καὶ εὐσεβείᾳ ἂν [ἔ]χοντι ποτὶ τὸς θεὸς καὶ τ[ὸς δ]αμότας καὶ στεφανῶσαι [αὐ]τὸς ἀπὸ χρυσῶν δέκα κ. τ. λ.* Cf. LeBas-Wadd. Asie min. 1143 vs. 9.

Contra multa irrogatur eis, si praecepta non bene exsecuti sint in tit. Lampsaceno vs. 59 *ἐὰν δέ τις τῶν ἐπιμηνί]ων μὴ ποιήσῃ τὰ ἱερά, ἀποτεισάτω στα[τῆρας κ. τ. λ.* Sim. in testam. Epictetae C. I. G. 2448 IV 35 *εἰ δέ κά τις μὴ ἐπιμηνιεύσῃ κατὰ τὰ γεγραμμένα, ἀποτεισάτω τῷ κοινῷ δραχμὰς ἑκατόν.* VI 31. 36 sqq. De *ἱεροποιοῖς* cf. p. 34.

Denique ut Erythris *ἱεροποιοί* (cf. p. 34 sq.), ita *ἐπιμήνιοι* nonnullis in civitatibus eponymi sunt. Id Cii in Bithynia usu venisse ex titulis a Waddingtonio recte suppletis tribus efficitur: LeBas-Wadd. Asie min. 1140 *Ἐπὶ ἐπιμη]νίου Φρουροῦ, Ληναιῶνος εἰκάδι [ἐν κυρίᾳ] ἐκκλησίᾳ, Κόνων ἐπρυτάνευε, γνώμη [τῶν ἀρχόν]των καὶ τῶν στρατηγῶν*: sequitur decretum de Athenodoro Atheniensi honoribus ornando. C. I. G. 3723 *Ἐπιμηνιεύο]ν[τ]ος* (*Ἄρχοντος* Boeckhius)

*Φρο*[*ύ*]*ρο*[*υ*] *Ἀνθε*[*σ*]*τηρι*[*ῶνος* ..... *Αὐτονόμου πρυτανεύον*-[*τος, κυρία ἐκ*]*κλησία κ. τ. λ.*, sequitur decretum honorarium. Non fugit Waddingtonium duo haec eiusdem anni esse decreta sub eodem epimenio Phruro perscripta diversis mensibus: quamquam miramur in praescriptis eiusdem anni usum non sibi constare. Adde Wadd. 1141 *Ἐπὶ ἐπιμην*]*ίου Καλλιππίδου.*

Eodem modo Ilii *ἐπιμήνιοι* eponymi fuerunt: C. I. G. II 3595 *Ἐπιμηνιεύοντος Νυμφίου τοῦ Διοτρέφους, ἐπιστατοῦντος δὲ Διονυσίου τοῦ Ἱππομέδοντος, Δημήτριος Διοῦς εἶπεν.* Ubi Boeckhius adnotat: „cave *ἐπιμήνιον* putes eponymum esse anni“ respecto titulo ibid. 3597, ubi *ἱερεύς* est eponymus, quem intellegit *ἱερέα τῶν πάντων θεῶν* ibid. 3599 vs. 1 allatum. Verum animadvertendum est titulum 3597 res sacras continere, quem in sacro cui *ἱερεύς* ille praeerat collocandum fuisse par erat[1]). Conceduntur enim Scamandrensibus in hac conventione (*ὁμολογία*) *Ἰλιέων* (vs. 1) iura certa quae maxima ex parte ad Iliensium cultum deorum pertinent (cf. inprimis partis b vs. 7 *αἱρεῖσθα*]*ι δὲ καὶ ἱερονόμον τῶν οἰκούντων ἐ*[*ν Σκαμάνδροις.*) Itaque vix est cur miremur tali decreto sacerdotem ut eponymum praescribi (cf. p. 34 sq.). Contra alter titulus 3595 senatus populique decretum (vs. 19) exhibet in honorem Antiochi I Soteris datum, quo constituitur, ut propter eximia eius de Ilio urbe merita in omnibus templis res divinae deis offerantur, in Minervae Iliadis templo imago regis ponatur et id genus alia. Nihil igitur impedit quominus anni eponymum *ἐπιμήνιον* intellegamus, qualem Cii fuisse duo tituli eiusdem anni modo citati demonstrant. (Cf. in tit. Istropolitano quem statim afferemus *Ἱερωμένου Ἀρισταγόρου τοῦ Ἀπατουρίου τὸ τέταρτον* ..... *ἐπιμηνιεύοντος τῆς ἐκκλησίας Ἀθηνάδου τοῦ Ἀπολλοδώρου*).

Attamen quod iam supra notavi latius patere *ἐπιμηνίων* notionem, in eo summum discrimen est positum: cum etiam civilia nonnullis in locis officia eorum esse appareat.

[1]) Cf. Kirchhoffium in Herma II p. 171.

Atque Lampsaci C. I. G. 3641$^{b}$ praeter ἐπιμηνίους Asclepieorum curatores sub finem tituli proferuntur ἐπιμήνιοι τῆς βουλῆς (vs. 85), quibus praescriptum esse videtur ut decretum in lapide inscribendum ac publice servandum curent: si quidem id vestigia verbi ἐπιμελεῖσθαι servata vs. 86 (ἐπιμ[ελε-) innuunt. Quae res ut a sacris officiis plane aliena est, ita scribae senatus curatorisve cuiuslibet muneri convenit. Eidem exstant Smyrnae C. I. G. 3137, ubi mandatur eis a senatu, ut legatos ad prytaneum vocent vs. 30 sqq. καλεσάτωσαν δὲ οἱ ἐπιμήνιοι τῆς βουλῆς καὶ τοὺς πρεσβευτὰς τοὺς παραγεν[ομένους] ἐγ Μαγνησίας ἐπὶ ξενισμὸν εἰς τὸ πρυτανεῖον: quo officio ἱεροποιοί certe carebant. Sane nihil impedimur quominus prytanes hos epimenios fuisse iudicemus.

His autem senatus ἐπιμηνίοις opponitur qui nuperrime demum ex decreto Istropolitano innotuit ἐπιμήνιος τῆς ἐκκλησίας: Arch. epigr. Mitth. aus Oesterreich VI p. 38 n. 78 Ἱερωμένου Ἀρισταγόρου τοῦ Ἀπατουρίου τὸ τέταρτον μηνὸς Ἀρτεμεισιῶνος δεκάτῃ ἱσταμένου, ἐπιμηνιεύοντος τῆς ἐκκλησίας Ἀθηνάδου τοῦ Ἀπολλοδώρου, Ξενοχάρης Ἑκαταίου εἶπεν.

Idque confirmatur testimonio decreti de Thersippo Nasi ca. a. 318 scripti quod post Earinum Μουσ. καὶ βιβλ. τῆς εὐαγγ. σχολ. 1876 p. 128 edidit Hicksius histor. inscr. n. 138b 15 κα[ὶ μὴ] ἔμμεναι [πὰρ τ]αῦτα μήτε [ἄρ]χοντι προθ[ήμ]εναι μήτε ῥ[ή]τορι εἶπαι μ[ή]τε ἐπιμηνί[ῳ ἐ]σενῖκαι· αἰ δ[ὲ] κέ τις ἢ ῥήτω[ρ] εἴπῃ ἢ ἄρχων [εἰσ]αγάγῃ ἢ [ἐπι]μήν[ι]ος εἰσ[ενίκ]ῃ: ubi describitur prytanis vel epistatae τοῦ ἐπιψηφίζοντος munus[1]). Atque hos quidem ἐπιμηνίους civiles per singulos menses munere fungi indeque nomen habere certum videtur.

His autem malo quam illis epimeniis sacris adiungere duos ἐπιμηνίους gymnasii Odessi (Varnae) tituli rev. arch. N. S. XXXV p. 111:

---

[1]) Cf. Dittenberger in Jen. Lit.-Zeit. 1877 n. 538 et in Herma Berol. XVI p. 173; Blass in Mus. rhen. XXXVI p. 609.

*ΟΝΑΚ*
*οἱ πρυτάν[εις*
*ἐστεφάνω[σαν*
*ἐπιμηνιεύσα[ντας*
*Ἀπολλώνιον*
*Σίμωνος*
*Καλλίμαχον*
*Φανέρου*
*καὶ γραμματέ[α*
*Θέσσαλον*
*Ἀρτεμιδώρου,*

quae sequuntur expediri nequeunt. Certe Mordtmannus qui hunc titulum edidit sine iusta causa comparat titulum Sesti urbis a Curtio editum in Herma VII p. 114 sqq. (= Jerusalem in Wiener Stud. I 32), ubi qui sacrificia curat Menas quidam non *ἐπιμήνιος* est, sed sacra alia administrat ut sacerdos (vs. 26—27), alia ut gymnasiarchus (vs. 31 sqq.). Epimenios autem duos i. e. epistatas una cum scriba a prytanibus laudari et coronari decet.

# Addenda.

p. 4 post v. 23 add.: Newton Ancient greek inscriptions in the British Museum II p. 126 ad n. 352.

p. 6 v. 17. In titulo Boeckhiano VIII v. 35 non recte suppleri *κατ' ἐνιαυτόν* nunc docemur accuratiore Koehleri apographo C. I. A. II 741.

ib. v. 26 sqq. n. 3 et 4 pertinent ad eundem titulum C. I. A. II 741, cuius alia quoque fragmenta duo *ἱεροποιῶν* mentionem faciunt.

p. 9 v. 16 sq. cf. nunc C. I. A. II 1058.

p. 10. Titulus nunc repetitur C. I. A. II 954 'medio saeculo II vix recentior' secundum Koehlerum, qui *ἐπὶ Καλ[λιστρά]του* supplendum censet. Ceterum prorsus similis res est in inscriptione eiusdem fere temporis 953 [*Ἐ*]*πὶ Λυσιάδου ἄρχοντος οἵδε ἱεροποίησαν Ῥωμαῖα* (duo nomina), *Πτολεμαῖα* (plus quam sexaginta nomina).

p. 13 v. 13 add. titulum honorarium Camirensem Newton Ancient greek inscr. p. 130 n. 353 vs. 5 *καὶ ἱεροποιήσαντος* — vs. 13 *κ*]*αὶ ἀποσταλέντος ἱεροποιοῦ εἰς* ......... *καὶ εἰς Λῆμνον καὶ Διδυμεῖον.*

ib. post f) add.:

g) Cos: Rayet inscr. de l'île de Kos (Annuaire de l'association pour l'encouragement des études grecques en France 1875) p. 280. 288 sq. 321.

p. 15 v. 5 scr.: exceptis insulis Rhodo et Co.

p. 17 ante n. 3 add.: Octo *ἱεροποιοί* sunt in Co insulae pago qui Isthmus vocatur: Rayet l. c. p. 321 n. 11: qui praeter *μόναρχον* recensentur.

Sex *ἱεροποιῶν* collegium in eiusdem insulae pago cui Halasarnae nomen est fuisse duobus titulis probatur ap. Rayet l. c. p. 288. 290 n. 9, ubi praecedit nomen sacerdotis Apollinis. Ipsa *ἱεροποιῶν* nomina eam dignitatem in certis familiis hereditariam fuisse confirmant: cf. Rayet p. 289. 322.